










Ferrara. editio.

Harles D.
1815.

HIPPOCRATIS DE RATIONE VICTVS IN MORBIS ACVTIS cum quatuor Commentarijs Galeni.

Ioãne Vassco Meldensi interprete.

EIVSDEM DE NATVRA HVMANA cum duobus Cõmentarijs Galeni.

EIVSDEM DE VICTVS RATIONE Salubri cum Cõmentario Gal. Hermano Cruserio Campensi interprete.



Venetijs in officina. D. Bernardini.

M D XXXVIII

Empt 20 ...


Ex Libris
Drs:
Th: Renz



Hippo-



ephirvati et mult[?] missio q[?] [?] et mult

ta ãq̃ 235.

Megalosplanchni + qui 227.

✠✠ iij

Symptomata

✠ ✠ ✠

Spūm ob mulsa no. ... 230.

FINIS.


INDEX IN LIBRVM DE natura humana, & de salubri victus ratione.

FINIS.

CLAV. GALENI PERGAMENI LIBRORUM

Suppositus De [illegible]
in Medicinae [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

V T [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]



CLAV · GALENI PERGAMENI IN LIBRVM Hippocratis De victus ratione in Morbis acutis, Cōmentarius Primus. Ioāne Vasseo Meldensi Interprete.



VI gnidias appellatas ſn̄ias conſcripſerūt, hi ſane quę ægri ī morbis ſingulis patiuntur, & quonam mō nonnulla his eueniant, recte ſcripſerunt, atq; ea quoq; quæ medicinæ īperitus quiſpiā ſcribere potuiſſet, ſi ab ægro vnoquoq; qualia patitur probe intellexiſſet. Verū quæ medicum non referente ægro ipſo perdiſcere oportet, multa ex his ſunt prætermiſſa, alia in alijs, & quædā ad con

iecturalē cognitionē(τέκμαρσιν Græce dicunt)per opportuna.

Non solum nihil eorum quæ ægri patiuntur, pretermiserunt qui gnidias scripserunt snias: verum quoq; & vltra id quod iustum est, de quibusdam mentionem fecerunt. vt paulo post ostendam. Neq; id artis opus est, si nihil pretermiserint eorum quæ a plebe ipsa cognosci pñt. Non eteniꝫ is artifici est scopus, sed quę ad curationē idonea sunt oīa scribere. Quapropter sæpius nonnulla adijcere quæ vulgus non nouit, erit opus, & multa q̄ huic nota sunt auferre, si nihil ad finē artis ꝯferre videāt.

Et *quędā ad cōiecturalē cognitionem(τέκμαρσιν dn̄t)per opportuna.*

τέκμαρσις est q̄ per τεκμήριον fit cognitio. τεκμήριον aūt appellāt veteres syllogisticum signum, non aūt simplr̄ signum dē, vt in opere de coniectura & signo est demonstratum. Quæ igit medicis ad hm̄oi cognitionem tuꝫ necessaria tuꝫ vtilia existunt, non oīa ait

gnidijs, in ſententijs ſcripta eſſe: ſed prę termiſſa pleraque.

Cum aūt ad coniecturalē cognitionem dicatur quonā mō curare ſingula oporteat, in his multa aliter quā illi enarrauerunt, ſentio.

Ex quo multa quæ ad coniecturalem cognitionem expedita & idonea exiſtunt, a gnidijs medicis prætermiſſa eſſe dixit: coniecturalem quādam cognitionem aſſerit, qđ deinceps demonſtrauit inquiens. (Quonam mō curare ſingula oporteat.) Nēpe qđ ad horum inuentionem vtile fuerit, id ex arte eſt. Sed forſan quis opinabitur prætermiſſas eſſe quę tum ad dignotionē, tum ad prænotionem conferunt coniecturas. Verꝫ res non, ita hēt, cum de neceſſitate in his quæ ad curationem idonea ſunt, hæ contineantur. Si.n. ad optimæ curationis inuentionem nihil conferrent morborum dignotio & futuroꝝ prænotio, prorſus hæ ſuperuacarent. Nunc aūt qꝫ conferāt, ob id com-

modæ existūt. Ergo q̄ affectuū dignotio ad curationem valde necessaria sit, recensere non est opus. Nam in primis quisnam sit morbus dignoscere oportet, deinde curationem ipsius ita aggredi. Qđ vero prænotio ad curationem quoq; cōmoda sit, demōstrauit in præfatione prognostici Hippocrates. Qui ergo omnia quæ ad medicinam spectant, cōmoda ea vel ad dignotionem vel curationem vel prænotionem esse dixerit, virtute idem dicit. Curatio siquidem per se a medicis exercetur. Prænotio āt & dignotio pp curationē. Quo fit vt nemo finem artis dignotionem vel prænotionem sicuti curationē asseuerauerit. Intellige aūt in p̄ntiaꝝ curationem, sublationem morbi, non eam quidem quæ adhuc fit, sed quę iam facta sit. Sed de oībus abunde est scriptū in eo libro qui de fine medicinæ agit. Nec expedit vt in p̄ntiarum quippiā præpostere & præter institutum faciamus. (Græce πάρεργον ἔργον ποιεῖσθαι dici solet) vtpote qui iam veteris men

tem vel ſine exquiſito finis examine cognouerimus. Verū cum & mō alio dictio præſens pleriſq; in exēplaribus, fide ēt dignis ſcripta ſit, de ea mentionem facere non itempeſtiuum fuerit. Differt aūt ab ante ſcripta dictione litera vna videlicet, ἢ, id ē vel, vt ad hūc modū græce ſit. ὁκόταν δὲ εἰς τέκμαρσιν λέγηται, ἢ ὡς χρὴ ἕκαστα ἰητρεύειν, ideſt, Cum aūt quippiā ad coniecturalem cognitionem dicatur, vel quonā modo curarī ſingula oporteat. Qui ita ſcribunt, per τέκμαρσιν dignotionē & prænotionem intelligunt. & per verba hæc ὡς χρὴ ἕκαστα ἰητρεύειν, id ē quonā modo curare ſingula oporteat, curationem, nolentes eam in τεκμάρσεως nomine contineri. Q đ ſi ita hēt, in ante ſcripta dictione qua dr̄, (Multa prætermiſſa ſunt, alia in alijs, & nonnulla ad coniecturalem cognitionē per opportuna.) Non recte ſanatoriam artis partem prætermiſiſſe vr̄ Hippocrates. Sed ꝙ hi rn̄deant ob id reſumptam ſcriptamq; quæ ſequitur dictionem vt qđ

ſanatorium eſt adijceret nemo eſt qui ignoret. Verũ qm̃ de re ad curationem congrua diſceptatio non ſit, ob eas res ſermonem protrahere eſt ſuperfluum. Pergamus igitur ad ea quibus quę ad ſanationem vtilia ſunt, docet.

Atq; non ob id ſolum non laudo: verum quod & paucas numero ſint vſi medicamentis. Nempe maximus medicamentorũ quibus in morbis non acutis vſi reperiuntur, eſt tempeſtiue exhibitorũ tum elaterij, tũ ſeri, tũ lactis. quę ſi bona eſſent, morbisq́; quibus dari cẽſerent, congruerent, multo ſane digniora laude erant, qđ pauciſſima ſatisfacerent. Sed res impræſentiarũ nõ ita hẽt.

Paucis quoq; numero auxilijs vſos eos ait, niſi in acutis morbis, quaſi in his multa dixerint. qđ ſane fecerunt. Quæ vero longis in morbis dixerunt, hæc vere ſunt. Nã & per tẽpeſtiuã elaterij, ſeri & lactis potionem perficiunt.

Qui vero scd̄m adcrnauerūt librū hi medicæ magisquæ singulis exhibenda sunt, percurrerunt.

Liber secundus a primo scriptus adornat⁹ digestusq; dr̄, cum institutum habens idem, plurimas dictionum easdem, nonnulla quidem eorum quæ in priore erant, abstracta hét, alia aūt adiecta & alia permutata. Exéplum rei huius si perspicuitatem desideras, ſm Eupolidis Autholicum ex priore adornatum digestūq; habes. Sic & gnidias sententias a primis secundas gnidij ediderunt medici. quę nonnulla quidem haberent eadem omnia, alia vero adiecta, & alia sublata. veluti & alia permutata. Scd̄m igit̄ hūc librū, Hippocrates priore medicinalem magis esse asserit.

Sed de dietu, id est victus rōne, nihil quod effatu dignū sit conscripserunt veteres, quanquam id magnum esset.

Is curationis ductus contextusq; q per consuetam mām efficitur, dieta, id

est victus ratio nuncupatur. vt qui per consuetas tum sectiones tum adustiones & quæcunq; alia manu fiunt, chirurgia. Tertiā ab his medicinæ partem pharmaceuticem dn̄t. quæ. s. per medicamenta absoluitur perficiturq;. Accusat aūt priscos Hippocrates ꝙ de vict⁹ ratione nihil effatu dignum conscripserint: idq; dixit, non ꝙ nulliū qđ ad victus rationem spectaret theorema conscripserint, sed ꝙ non effatu dignum. Qualenam autem sit effatu dignum, docebit in sequentibus.

Fuerunt vero qui varios morboꝝ singuloꝝ modos, diuersasq; hoꝝ sectiones diuisionesq; nō ignorauerint.

Non solum varios morboꝝ modos non ignorauerunt, verum quoq; & vltra q̄; decet de his scripserunt. vt ostendam in sequentibus.

Verum morborum singuloꝝ numeros clare pronuntiare volentes non recte scripserunt. quippe cum non faci-

le numerari queant, si quis languentiū morbos alterꝝ ab altero quadātenus differre, nullumq; morbū eundem videri, quin idem quoq; nomen habeat, coniectauerit, Mihi vero placet omni in arte animum tū conuertere tū adpellere. Nā quę probe vel recte procedunt officia, probe & recte singula peragere oportet. Quæ itē celeritatē desiderāt, celeriter adimplere, & quæ syncerita tem syncere, & quæ sine dolore administrari postulant, citra dolorem oēm administrare. Cętera quoq; huiuscemodi omnia secus q̄ hi quę rē propius sūt contemplati ad meliorē formā nos redigere conuenit. Maxime aūt medicū laudauero qui in morbis acutis, vi quorū plurimi hominū enecantur, secus q̄ cæteri in melius procedat. Sunt hi igitur acuti morbi quos prisci nominа-

tim perstrinxerunt, pleuritis, peripneu monia, prhenitis, lethargus, causus, & quicunque alij hos consequuntur morbi: quorum febres prorsus cõtinuę interfiãut

Dixi paulo ante gnidios medicos confestim ab initio de morbis plusquã op3 scripsisse. scripserũt siqdẽ bilis morbos septe3, pari modo & paulo infra vesicę duodecim. Renũ quoq; quatuor. Sranguriæ q̃tuor. Deinde tetanos tres. Morbi p̃terea regij gñia q̃tuor, atq; tandem phthises, tres. Nempe ad corporũ varietates, quæ multas ob causas permutabantur, respexerunt, morborum identitatem haud quãq; contemplati. q̃uo est contemplat⁹ Hippocrates ad hoꝝ inuentionem methodo vsus. qua dũtaxat morboꝝ numeꝝ inuenire cõceditur. Methodũ aũt eam in methodi medendi p̃ncipio demonstrauim⁹, diximusq; aliquid in lib. de elementis ſm Hippocratis mentem Habes quoque & a nobis compendio quodã scriptum vnum de morborum differentijs

commentarium. ſed hoc in loco dictio-
nes proſequi eſt opus. Nempe is expo-
ſitionis ſcopus exiſtit. Nam ſi quis in-
ter exponendū demonſtrationes ſcri-
pſerit, ſermonem ꝓtrahet, & præcipuā
quæ ſanationis morboꝝ cā exiſtit, di-
mittet partem. partem inquam quę ad
maxime letaliū morboꝝ curationem
excellit præſtatq;. Sūma quidem præ-
ſentis dictionis hæc eſt, particularia ve-
ro dictionis deinceps explicabo.

Cum.n. nullus communis peſtiferi morbi modus paſſim graſſatus fuerit ſed morbi & σποράδες, id eſt ſparſim priuatimq́; prehendētes, & ſimiles fuerint: ab his plures q̄ ab alijs omnibus intereunt.

Oſtendit hac orōne Hippocrates morbos multos vno fieri tpē: quos ſi pernitioſi fuerint, peſtem appellant. Si vero mitiores, altera quadam indicant appellatione, epidemos vel epidemios nominantes vt epidemius morbus ſit,

qui tpe anni aliquo in regione aliqua abundet insolescatq;. Pestis vero, epidemia pernitiosa. Est aūt & aliud morbi genus cōe multis. qđ in regione superuenit acceditq;, endemumq; vel endemium appellitatur quasi patriū dixeris aut vernaculum. His aūt omnibus aduersantur σποραδὲς, id est q sparsim priuatimq; prehendunt. ægros discrepanter fatigantes. neq; fm cōem modum constantes. Sed quidnam est qđ ab Hippocrate dr̄? (Sed morbi & σποραδὲς & siles fuerint.) Nempe contrarium dicendum fuit. Et non similes eos inter se esse. si vtiq; aliquid morborum silitudine & endemium & epidemum, & pestifeꝝ iudicari debuit. Duorum igr̄ alteꝝ, vel meliorem hanc scriptioné existimar̄ opȝ (Sȝ morbi & σποραδὲς & non siles fuerint.) vel siles eos dicere oportuit, non inter se, sed morbis ante dictis, id est consuetis: qm̄ rarius quidem tum epidemij tum pestiferi fiunt: vocati vero sporadici frequenter. De quibus & hoc in loco agetur, velu-

ti de epidemijs in lib. epidemioꝝ morboꝝ, & de endemijs in lib. de aquis, aere, & locis. Nullum aūt peculiarem de peste confecit libruз, qm̄ ex epidemijs vnum esse illam per libros epidemiorum demonstrauit.

Idiotæ vero non admodum cognoscunt eos qui in hmōi ab his differunt, qui rem propius sunt contemplati.

Idiotas ait non omnino cognoscere medicos eos qui quantum ad huiusmodi morbos attinet ab his differunt, qui ꝓpius rem attigisse videntur. Q đ autem acutos dicat palam est de quibus ante sermonem fecit.

Aliaq́; auxilia magis laudant, vituperantque.

Neq; conueniētes, neq; laudabiles curationes dignoscere ait idiotas, sed alias magis. Quo fit vt eos nequaquā recte laudauerim culpauerimq́;. Deinces tanquam eorum quæ dixit demōstrationem adijciens hæc scribit.

Magnum autem rei argumentum q̃ vulgus morbos huiuſmodi ſanatio-nemq́; vtpote rude plane ignoret, eſt hoc. nempe qui medici non ſunt, medi-ci eſſe ob huiuſcemodi morbos vidētur, facile ſiquidem nomina diſcuntur quæ apud ęgros vſui eſſe exiſtimata ſunt. Si. n. quiſpiam ptiſanæ cremorem, vi-numq́; hoc vel illud, & melicratum no minauerit. referre omnia eadem medi ci tū boni tū mali plebeijs hmōi viden-tur, Sed res ipſa ſecus habet. Nempe hi quantum ad hæc attinet ſupramodum inter ſe differunt.

Q d' materijs huiuſmodi eorū quæ ad victus rōnem ſpectant, medici vtā tur tum boni tum mali, ob id quiſnam melior ſit, dignoſcere nequeunt idiotę. vtpote qui diſcernere non poſſint qui nam tempeſtiue & debito modo præ-ſidiorum materias ęgris adminiſtrent,

& quinam citra hæc. Hippocrates aūt vbi imprӕſentiarū ſīn prefiniuit procœmium, a conſequentibus in oratione præſenti exorditur.

Digna autem ſcribi mihi maxime videntur quę q̄q̄ medicis vtilia exiſtant, tamen ignorantur. quæ inquam inſignes profectus, & inſignes offenſas adferunt. Quæ aūt ignorantur, hæc ſunt. Cur in acutis morbis medici quidā ptiſanas non colatas perpetuo exhibeant, & recte curare ſeſe exiſtiment. alij omnino contendant, hordeum, vt nullum ęger voret, ſubſequuturam inde quę inſignis ſit offenſam veriti, ſed cremorē linteo colatum porrigant. Alij vero neque craſſam ptiſanum, neq; cremorē exhibeant, atq; ex his quidā quoad æger ad ſeptimā vſq; peruenerit diē, alij perpetuo donec morbus iudicatus fuerit,

Logicam magis ſpeculationem ſa-

pere vr̃ qđ ab Hippocrate in qõnem discæptationemq; ponitur. cum & sine huiusmodi speculationibus recte sanare queamus. Nempe morbos recte sanare inest medicis ex faciendorum cognitione & non ex causæ inuestigatione ob quã sunt controuersi qui varias in hmõi morbis scripserũt curationes. Est vero ſm veritatem id non cõmodissimum modo, verum quoq; & omnium primum, atq; quęsitu necessariũ, vt procedente exponam sermone. q .n. quęstione dignum sit, qđ proponit, & quo soluat modo ante pcurrere est melius. Qđ igitur quęstione dignum sit, hinc disces. Nam de phorum controuersia nullam habemus quæ euidens sit coniecturam. Neq;.n. si genitus mundus sit, neq; si interitus conscius, neq; si extra ipsum inane non sit, neque si infinitus, neq; si is solus vnus sit, neq; si plures, neq; quot numero si plures, neq; horum multitudo incomprehensibilis sit, aut infinita manifeste cõiectari potest. Ad hunc sane modum,

& de

& de alijs multis quæ in phia quærun tur, nonnulla quidem iudicare prorſus nequimus, alia vero non ſine magna contemplatione. Verum de ipſis quæ ægros iuuant, non ſilr eſt. Nempe etſi ad ipſa inueniēda longo opus ſit tpe, viroq; a multis diſcrepante, quę tñ ſeſe reperiſſe quidā iactant, ea facilem ha bere iudicationem videbuntur. Nempe ſi ægris quidem adhibita præſidiu3 attulerint, laudare op3 atq; agnoſcere ſi vero detrimento fuerint. vitare atq; repellere. Quæ vero nihil auxilij vel offenſæ effatu dignum præſtiterint, in neutrius horum rōne cenſere cōuenit. Sed ſane medicos ab euidenter offendentibus abhorrere op3. Si ergo paru3 exuperantibus inſiſtāt qui quouis mō ab initio ſunt opinati, nihil miru3 videri debet. In his vero quę admodum re ceſſerunt, atq; vſqueadeo vt a quibuſdam laudentur, ab alijs culpentur, ad mirari quiſpiam eos poterit, qui valde offendentia extollunt, vel eos qui vere iuuantia vituperant. Id ſane eſt quod

Hippocrates particulari vno exemplo proponit. Dictum autē & id nec secus ipsius solutio ab Erasistrato in i. lib. de febribus, paucisq; & euidenter. vtpote qui Hippocratē plane est secutus. Per currens etenim in lib. prefato medicos tum eos qui aduersissimum febrientibus victum præscribunt, tum eos qui longis inedijs ægros ipsos conficiunt, atq; Petronam ipsum qui tum carnes tum vinum exhibebat. In textura sermonis hoc infert pacto. In multis igit valde magnis plagis decidebant. si autem febriētes oēs ex tali curationis mō male liberabantur, qui ita curabant, a curatione desistebant. Sed vt vr̄ nō febribus omnibus opem fertis sanationis modus. Laudandi igr̄ cum Erasistratus, tum alij q qōnē hanc proposuerūt & solutionem eius scripserunt. laudandus quoq; & qui præ cæteris eam proposuit. Sciueris præterea & eā non magis de acutis morbis q̄; de alijs omnib⁹ proponi soluiq;. Nempe rn̄sio de omnibus cōis est. Non. n. in acutoruz mo

lo, verum quoque & morborum alio um curatione controuersi fuerint medici. atque ob id longo tpe sua in cibi exhibendi regula permanent, ꝙ nonnullos ab ea euidenter iuuari vident. In cæteris aūt qui nihil inde auxilij recipiunt, cito quidem & ægros occulte aliquid deliquisse suspicantur. q̄; q̄; id non sit, sed qđ retulit Hippocrates in libro de fracturis: vbi agēs de his qui fracturas cuȝ vulneribus perperam ligāt, atque ob id lædunt, ait. Non. n. deligationem cām esse existimant, sed aliud qđdam infortuniuȝ. Sic & eos in vict⁹ rōne opinari par est. Qđ aūt præsenti in oṙone recensuit Hippocrates, id palam est, vbi quis eam secum cogitans bis & ter legerit. Nempe ex particulari exemplo cōem doceri sermoneȝ comperiet. quem & vniuersalem vocare cō sueuerunt, non Philosophi mō, verum quoque & prope oēs Logicæ artis nō imperiti. Erasistrat⁹ ergo aduersissimarum meminit victus rōnum. Hippocrates vero relictis monstrosis alienisq;

ad moderatiores se contulit. Monstrosæ etenim alienæq; vere sunt tum quæ per inediam fiunt summam, tum quę per repletionem immoderatam. qua vtebat Petrωnas. Moderatæ vero quarũ meminit Hippocrates in acutis morbis, ab insignibus exibentur medicis. Quidam.n. hordeaceam ptisanam in his administrant, alij cremorem duntaxat, alij ne hunc quidez in acutis morbis ante iudicationem, sed tpe interiacente solos exhibent potus. aquaz melicratumque, etsi opus sit oxymeli. Cõtrouersiæ igitur cã est quaz Hippocrates ipse in sequentibus exeq̃tur, & quã ab Erasistrato in primo de febribus bñ enuntiari asserebam. Est aũt ea ꝙ aliq solo ptisanæ cremore indigent, alij hordeacea ptisana, & alij horum neutro, sz poti⁹ solis ad iudicationẽ vsq; feliciter seruant. Demõstrabit aũt in sequẽtib⁹ quinã hordeacea indigẽt ptisana, & q ptisanæ cremore, & qui neutro horuz.

Sane q̃ones huiusmodi proponere medici non consueuerunt: neq; forsan

si proponantur, soluuntur.

Qđ primus Hippocrates quæstionem hanc proposuerit, solueritque, ex hac notum euadit dictione. Neque .n. inquit, tales quæstiones proponi a medicis ꝯsueuerunt. Qđ si & eas quis fortassis ꝓposuerit, solutio nō reperietur.

Calumniam vero vsqueadeo grauē patitur apud vulgum ars tota, vt nullo pacto medicina esse videatur.

Hac quoque in orōne ex particulari exemplo rem quandam vniuersalem docet. Nēpe in primis qualemcūque ingredientium exercitationem cōtrouersia, iustam ignorantiæ suspitionem ondit. Secūdo concordia ipsa, iustam magnamque cognitionis spem demonstrat. qđ nimirum mathematicis disciplinis valde cōtulit. Neque .n. discipulos soluꝫ alliciunt, credulosque reddunt. verum quoque & apud idiotas sese verissimas existimandas præstant. Mathematicis igitur demonstrationibus vsos ait, qui euidēter quippiā

& citra quãuis ambiguitatem demon strauerunt. Sed controuersię rõnem diligenter in sequenti orone prosequit.

Quapropter acutissimis in morbis vsqueadeo dissentiũt inter se artifices, vt quæ alter porrigit optima esse existimans, ea alter mala esse putet. atq; fere ob id vaticinationi, quã græce μαντικὴν vocant, ars ipsa similis esse videatur. augures siquidem alitem eandem si ad sinistram volauerit, bonam faustamq; esse putant: si ad dextram, malã infaustamq;. Talia quoq; in aruspicina quam ἱεροσκοπίαν dicunt, videntur, alia in alijs, sed vaticinantium nonnulli contraria sentiunt. Dico aũt speculationem hanc esse & pulcherrimã & germanam, propter quamplurima & commodissima quæ in arte comperiuntur.

Μαντικὴν appellauit Hippocrates & οἰωνιστικὴν & ἱεροσκοπίαν, θυτικήν a

plerisque appellatam. quam vere anti qui alij ἱεροσκοπίαν vocant, ꝙ ἱερεῖα, id est hostias inspicientes qui in ea scientia graues & prestantes sunt, ex ipsis ventura prænuntient. ἱερεῖα aūt scim⁹ appellari oīa quæ dijs ad honorem exhibemus, quales sunt quæ litantur victimæ, quarum extra inspicientes ἱεροσκόποι, id est aruspices prædicunt. Eos vero qui ex auium volatu augurant, quos οἰωνιστὰς & οἰωνοσκόπους, id est auspices appellat, nunc μάντεις, id est augures appellauit Hippocrates, quanq̄ μάντεως nomen & μαντικῆς de omnibus quæ ita prædicunt artibus proferatur. Nempe μάντεις vocantur, & ἱεροσκόποι & οἰωνισταὶ & qui appellant γενεθλιακοὶ. & qui per notas futura prædicunt. Preterea & χρησμολόγοι. id est fatidici, & θεομάντεις, id ē diuini vates, Sūt qui & ὀνειροπόλους, id est somniorum interpretes a poeta appellatos inter μάντεις, id est vaticinantes collocāt, Sed constat Hippocratem solos οἰωνιστὰς appellare μάντεις vt poeta ap-

pellauit. Nam is in plerisque sui operis poetici partibus οἰωνιστικὴν artem venturorũ pnotionẽ esse demõstrat. Quõo & in primo Iliados circa initia ait, ἀλλ᾽ ἄγε δή τινα μάντιν ἐρείομεν ἢ ἱερῆα, ἢ καὶ ὀνειροπόλον, καὶ γάρ τ᾽ ὄναρ ἐκ Διός ἐστι, id est, Consulamus itaque augurẽ quempiam, aut aruspicez, aut somniorum interpretem. Nempe & ab Ioue oñduntur insomnia. ἱερῆα quidẽ dicens, ἱεροσκόπον, ὀνειροπόλον vero qui circa somnia versatur. μάντιν autem οἰωνιστὴν, id est augurem auspicemque. Sæpius etenim in suo opere poetico huius meminit in maximis rebus, diuinandi ẽt arte per alites vsus. Sed forsan hæc & quam decet plura de huius nominis μάντεως appellatiõe dicta a nobis sunt. atque ob id ad quod dĩ transire iam est tempestiuum. Quod. n. ait Hippocrates, tale ẽ. Qui diuinatorias artes prosequuntur in particularibus multis nihil minus quã medici discordant. Vidi equidem aliqñ augures in volatilibus ipsis quos dextros & sini-

ſtros memorauit Hippocrates, diſcordantes. Alter arabs erat, alter Græcus, atque ex Aſia nr̃a. Arabs dicebat dextram alitem, laborantes mulieres ſeruare ſiniſtram viros. Qui vero ex Aſia nr̃a erat, dextram alitem in viroꝝ morbis apparentem: interrogantibus ipſis ſi ſeruaretur, aſtruere interrogationem recenſebat, ſiniſtrā vero denegare. Interrogabam præterea eos ſi qũocunq; volantem vel dexteram vel ſiniſtram alitem pollere eadem ſignificandi facultate dicerent, nihilque differre putarent, ſi aut celſiſſima aut terræ propinquiſſima, aut media volaret. Et ſi media, an ſi propius vel celſiſſimam, vel infimam, vel adhuc inter has mediā. Pari modo & ſi auis vel ꝓpinqua vel longinqua volaret, anne in his nulla foret diſtinctio. Arabs eas nihil ea quę vel in altitudinem vel longitudinem vel latitudinem eſſet diſtātia diſcrepare rñdebat. Græcus vero de ſymmetro diſtinguebat, dextro & ſiniſtro. Aſſerebātque ab auguribus hæc ſcripta eſſe,

atq; immoderatas distantias moderatis contrarias. testesq; in eam rez libros Apolletis, Athenaei, Cheraemonis, Artemidori Phocae, atq; aliorum multoꝝ qui in augurandi arte clari essent, proferebat. Deprehendi proculdubio arabem & confusum & a distinguendi arte alienum: graecum vero distincte loqui, & artificem esse. Nempe artis quae suorum theorematum iudiciuz per experimenta hz, diffidentia ex distincta, & indistincta rerum explicatione orit. Quod ab Hippocrate edoctus graecū augurem in auium volatu artificiosuz magis videri iudicaui: qppe qui & ex abundantia ꝙ celebratissimos auguꝝ testes exhiberet, fide dign⁹ magis erat. Cum vero arabs plurimos aegrotantiū quibus vera praedixerat, testes citaret, succedentis vt plurimum euenti subsecuti cām pronuntiaui. Nempe si auis dextra moderate distans viros seruat, immoderate vero distās foeminas: sint aūt plures quae immoderate distent, vna vero dumtaxat quae moderate, iu

re quidē multis ſuccedet ex animi ſen-
tentia, paucis vero non ſuccedet. Græ-
cus aūt alias adijciebat diſtinctiones,
quibus etſi dextra auis immoderate di
ſtaret, interdum tñ ſeruandum virum
laborantem declararet. Nēpe qui mol
le & muliebre ſtudium exerceret, velu
ti & ſacrificulum mulieris ſchemate ſer
uari dicebat. rurſumq; & id ab optimis
ſcriptum eſſe auguribus demōſtrabat.
Adde q & alias quaſdam adijciebat
diſtinctiones, in quibus arabs nihil in-
telligere videbatur. Retuli hæc pp ſe-
quentem dictionem quam nemo con
uenienter expoſuit, ſicuti neq; eaȝ quę
ante ſcripta eſt, vbi ait. (Quæſtiones
ſane hmōi proponere non conſueue-
runt medici, neq; forſan ſi proponant
ſolui reperiuntur,) Nā cum inquit grę
ce τοιάδε, latine hmōi. i. quæ ita diſſi-
dent, quidam de ptiſana ſola perperaȝ
intellexerunt: alij aūt paulo his melius
de victu acutorum, alij de omni ſim-
pliciter victu, alij vero de curatiōe vni
uerſa prioribus quidem melius, ſed ne

que adhuc absolute. Cãm aũt totius dissidij quæsiuit Hippocrates in omni arte quæ experimentis iudicari possit. Q d' aũt id ita habeat, manifeste p sequentem condisces orationem.

Nempe & ægris omnibus ad sanitatem magnum quippiam põt, sanisq; ad securitatẽ, seseq; exercitãtibus ad bonũ habitũ, atq; ad qđ quilibet voluerit.

Sermo præsens eos arguit qui Hippocratem existimant præscriptam dictionem de ptisana sola proposuisse: eosq; qui de victus rõne siue acutoruz morborum, siue simplr vniuersa factũ id putant. Pari mõ & eos qui de curatione vniuersa problema esse existimauerunt. Nempe prior orõ quæ ita hz, (Nempe & ægris omnibus ad sanitatem magnum quippiam põt.) Eos arguit qui de ptisana atq; alios qui de sola vel acutorum vel morborum alioꝝ victus rõne antecedentem orationem esse opinantur. Neq;.n. ægri oẽs a sola victus rõne curantur: cum multi sint

qui manuum opera & medicamento rum administratione indigeant. Qua propter neq; de ptisana sola, neq; ēt de sola in acutis morbis victus rōne, neque de ea quæ simplr̄ morborum est omnium sermo Hippocrati existit, neque de sola ea quæ ex his oritur controuersia: sed de omni simplr̄ arte quæ experimentis tum discerni, tum iudicari nata sit. Qui etenim cōem vniuersalemq; locum sententiæ quendam reperit, ex eo quę particularia sunt iudicat. Particulare autē vnum est & quod de ptisana medicis in controuersiam venit, sicuti & qd̄ de victus rōne nō acutorum mō, verum quoq; & morboruꝫ aliorum, atq; ēt quod gn̄alius est de curatione vniuersa, & qd̄ adhuc hoc generalius vniuersaliusq; est de omni corporis prouidentia, & si sanorum ea fuerit. Nempe & hi ea indigent arte, non quæ ad consequendam sanitatem pręcæpta tradat, sed ad præsentem conseruandam. Qd̄ non prętermisit Hippocrates cum inquit, (Sanisq; ad securi-

tatem.) Nempe vt talis seruetur, securitate est opus. Vtilé quoq; ait esse speculationem & his qui exercitantur ad habitum bonum. vt enim ęgrorum curatio ea quæ nunc ab Hippocrate proposita est speculatione indiget: sic & sanorum securitas, vt præsens sanitas conseruetur. *Sic* & sese exercitantium prouidentia vt bonum habitum consequantur, Hæc igit̃ oĩa artis sunt. *Sed* qđ serie continuata dĩ, ad oẽm extenditur artem. Quidnam etenim est qđ ait, (Et ad qđ quilibet voluerit?) Nempe augur, aruspex, musicus, rhetor, & artifex oĩs simpl'r cãm eius quæ in sua arte reperitur, controuersiæ vnam esse existimat: cum.s. vnusquiq; ex particulari vniuersale facit. In sane & in auguribus factam controuersiam deprehédi. eumq; qui veriora loqueretur iudicaui. atq; ob id augurum memini arabis & græci. Nempe artis oĩs constitutio ex propriorum a cõibus distinctione oritur. Qui.n. hæc distinguere põt, is optimus censetur artifex. Vt aũt con

ſtitutio, ſic & iudicatio in diſtinctione ſubſtantiam hẽt. Nempe fallũtur qui artes conſtituunt, cum qđ cuipiam cõtigit, id vel in oẽs vel in plures q̄; oportet extendunt. Quod ſiquidem nulli prorſus cõtigit, nemo id in tali arte perſuadebit ſibi verum eſſe. Nam in hoc vere oritur controuerſia cum vnuſqſque rem ſibi perſuadet, nõ circa illud qđ aſſumitur confingiturq; contentioſe litigans. q̃uo nonnulli de quibuſdã ſecus q̄; ſentiebant, fecerũt. q̃uo & qui proponunt ambiguum eſſe vtrum vigilamus dormimus ue aut ſapimus inſanimus ue. Q đ ſi manifeſtum eſſe id indugeat, vtri ſane magis vera loquũtur, anceps inquiunt eſſe, an qui vigilant his qui dormiunt, vel quam inſanientes qui non inſaniunt. Nullus ſiquidem qui ſibi rem perſuaſerit aut q ſecum opinatus fuerit, ita ſermones facit: ſed qui contentioſe litigat, ſecuſq; q̄; ſentiat facit. Quidam autẽ in arte medicinali res nouas quidem ſunt aggreſſi, cum rebus prioribus melius qp

piam inuenire nequiuerunt, ſed vulgi affectionem quam Hippocrates recē ſuit, intellexerunt. Nempe qđ externum inuſitatumq; eſt, & nōdum ſi vtile eſt intellectum, laudāt magis q̄; aſſuetum quod vtile eſſe eſt cognitum. Sunt qui ob victus ſuauiſſimi affirmationem perſuadentes ægros alliciunt, doli vafriciæq; non ignari: ſed id pp lucri gloriæq; cupiditatem, aggrediunt. Dicta ergo ea quę verbis fit controuerſia, quam viri hmōi inter ſe habent, q̄ ſm rei veritatem eſt cōtrouerſia: ea oritur q enuntiatio non diſtinguatur, ſed de pluribus q̄; oportet, vel oibus tanq̄; ſimiliter habentibus efferatur. Atq; ob id iuſte laudandus venit Hippocrates qui de ſola ſm rei vetitatem meminit controuerſia: quam qui artem conſtituere aliquam volunt patiuntur, cum ſecum ſuaq; in anima differenter opinantur, & non verbis ſubdole ſimulatis id agunt ob gloriæ vel lucri cupiditatem. Nullus.n. qui animi conſilia vere per experimēta iudicat, Petrone vi-
ctus

ctus rationem recipiet carnes assas ad
ministrans vinumq; nigrum in his qui
acuta laborant febre, neq; in tanta siti
ita temperans vt cotulæ aquæ vigesi-
mam porrigat partem. Talia siquidez
diętemata absurda sunt, duorumq; al-
terum existit. Nempe aut ꝙ externa
sunt, vafris ab hoībus exercitantur pa
ranturq;: aut summam pp admiratio
nem id agunt, si plane soli veritatem
reperisse existimauerint. Quę vero ab
Hippocrate scripta sunt, ea in pruden-
tibus viris qui vere artē constituere stu
dent reperiri pñt. cum non maxima sit
læsio qñ quibus non op; offeruntur.
Talia igitur distinctu difficilem hñt cā
quę experimentis conficitur iudicatio
nem: quæ aūt valde differunt, facilez.
Controuersiam igitur in his quæ parū
inter se exuperant, iudicare, & quibus-
nam ptisana sola exhibenda in acutis
morbis sit, & quibus hordeacea, & qui
bus nullo pacto id faciendum sit, sed
pot⁹ solus ad iudicationē vsq; porrigē
dus sit, ōmōstrare Hippocratis ītelligē

tia ẽ dignũ. De Ptiſana. 18

Ptiſana igitur frumentaceis guſtamentis recte præferri mihi videtur in acutis morbis, eosq; qui eam prætulerunt, laudo. Nempe viſcoſitas eius læuis, continua, iucunda, lubrica, & mediocriter humens, ſitim minime infert, & ſi quid ablui eget, probe abluit. Nõ aſtringit, non male turbat, neq; in ventre tumeſcit. Nempe inter coquendum quoad maxime potuit intumuit.

Orationem hanc tñmodo legiſſe mihi videntur qui librum hunc de ptiſana inſcripſerunt. veluti procemij partem primam qui aduerſus gnidias ſententias titulum fecerunt. Nam Hippocrates in ſecunda procemij parte non amplius gnidios medicos contra agere: ſed ſeſe ad curationis acutoruȝ morborum exercitationem conuertere eſt viſus. Tertia aũt procemij pars quã hucuſq; percurrit, ad eam quæ victũ morbis acutis præſcribit, artem ſpectat, Ne

que tñ ad eam solam est accommoda
uerum quoq; & alteri qui vniuersalior
sit, subiecta est sermoni. Demonstraui
mus aũt in his quos in scripta ꝺ fractu
ris articulisq; parauimus cõmẽtarijs
Hippocratem subiectos specialesq; ser
mones pro alijs quibusdam vniuersa-
lioribus obsignare consueuisse. doctri-
namq; vniuersalium ex ipsis quæ tan-
quam exempla constituit efficere. Ne
que.n.ita ab instituto receddit, neq; sæ
pius præcipit qđ multoruȝ cõe existit.
Quo aũt modo in ptisana sermonem
fecit, cãm eius quæ de ipsa est conten-
tionis tum vestigans tum decernẽs, sic
& de omni acutorum morborum vi-
ctu rectam tulit sñiam. Quinẽt & de
venæ sectione & purgatione, & tum
glandis tum clysteris vsu: de cataplas-
matis item, fotibus, vino, aqua mulsa,
oxymelite & balneo, non parua inter
medicos exorta est controuersia. Quę
oĩa libro in hoc percurrit Hippocrates
methodo vna quam nuper dixi. vim
cuius ignorasse visi sunt, qui se empi-

ricos noīauerunt, diorifmis, id ē diftin
ctionibus propria a cōibus feparātes.
Confueuerunt aūt diaftolas magis q̄;
diorifmos appellare fermones eos, qui
quod proprium eft, a cōi feparant di-
ftinguūtq;. Iam ergo quæ ab Hippo-
crate de ptifana dn̄r, videamus. Viden
tur ergo mihi (inqt) priores medici fru-
mentaceis guftamentis prętuliffe in a-
cutis morbis ptifanam. Frumentacea
guftamenta intelligit quæ ex frumen-
to fiunt. frumentum aūt Græce σίτον
hoīes appellant, maxime quidem triti
cum, fed iam vna cum tritico, tum hor
deo tum zea vefcuntur. Appellationē
vero ad plura extēdētes, cerealia quo
que appellata femina connumerant.
lentem videlʒ, fabam, lupinum, cicercu
lam, panicum, milium, pifum, fœnum
græcum, auenam, tiphaʒ, cicera, & quę
cunq; id genus alia. Horum igitur om
nium frumentaceorum guftamento-
rum, cætera quidem vulgo damnan-
tur q̄ protinus magnum inferant detri
mentum. Panis aūt vnus & chondrus

in acutis adminiſtrantur morbis. Lens ſiquidem & milium, & fœnum græcū tanquam medicamenta ob quoſdam ventris morbos exhibentur, & non tan quam nutritura cibaria. Ptiſanam igi- tur recte prælatam eſſe ait fumētaceis eduliis, pani ſ. chondro & zeæ, ex qua fit tragus appellatus. Nempe eorū qui chondrum tpibus Hippocratis nondū fuiſſe exiſtimant ignorantiam argues tum ex quibuſdam antiquis comicis qui chondri meminerunt, tum etiā ex Hippocrate ipſo qui in libro de victu ſalubri de chōdro ipſo mentionem fe cit. Nam etſi liber ille Hippocratis nō ſit, ſed vel Euriphontis vel Phaontis, vel Philiſtionis, vel Ariſtonis, vel alte- rius cuiuſpiam ex antiquis (nempe ad multos librum hunc referunt) ſane o- mnes hi hi veteres viri ſunt, atq; ex eis quidam & Hippocrate antiqores exi- ſtūt, alij vero tpe ipſi⁹ vixerūt. Loquor autem de Hippocrate Heraclidæ filio qui librum hunc confecit. Nam auus ipſius Gnoſidici filius, Hippocrates.

quorūdam iudicio nihil oīno ſcripſit, aliorum vero ſnīa duos ſcripſit de mēbris fractis & articulis. Quare aūt ptiſana frumentaceis edulijs non perperaꝫ antepoſita ſit, oſtendetur per ea quæ ipſe infert inquiens. (Quæcunq; etenim ad acutorum morborum ſanationem inſunt bona, nulli alteri ineſſe cōperies.) Recte aūt iudicabis, ſi & acutorum morborum nām & ptiſanæ vires cognoueris. Natura igitur acutorum morborum eſt, vti ipſe pauloante dixit, vt horuꝫ febres oīno ſint continuę. febris vero ortus caloris natiui ad igneum eſt conuerſio, vt alibi demonſtrauit, & nunc manifeſtabit inquiēs. (Ex thorace ſiquideꝫ incipit, atq; ad caput flām̄am mittit.) Præterea in libris vulgarium morborum, febrem magnam ignem vocare conſueuit: quaſi non aliam habeat nām præter q̄ꝫ ignis ſubſtantiam. Si igitur contraria contrariorum remedia exiſtant, ſane febris peculiare temedium vt virtute tum refrigerante tuꝫ humectante ſit, opꝫ. Id nāq;

febris naturæ quę & calida & sicca est, contrarium erit. Talis siquidem naturę est ignis. Præterea cum febres & ex humorum putredine oriantur, non paruam diligentiam adhibere op3 vt quicquid ex ipsis concoqui possit concoquatur: & qđ iam exustu3 sit, neq; amplius concoqui possit, euacuetur. Qđ si febriētibus ipsis cibi vsus sit. qui hęc efficere queat, si ēt facile tuū coquitur, tum distribuitur, iam oīa hæc quibus est opus habuerit. Quænam igitur sit ptisanæ virtus?, ex Hippocrate audiamus, (Viscositas, inquit, læuis est.) Lęue, exasperanti opponitur. Exasperāt aūt acria, acida, & astringentia: acria sane oīa calfaciunt, vt eruū, fœnumgræcum. acidorum cætera quidem dimittere op3: ꝯ oxymelite vero est dūtaxat agendū. Dimittanť pari mō ex astringentibus pira agrestia, & mespila, & q̄cunq; hmōi, atq; ex frumentaceis lens & silīa. Exasperantium igitur malitiā ptisana effugit, vtpote quæ læuorem non tactu solum verū quoq; & facul-

tate habeat. Est item & viscositas eius (continua.) Est siquidem in omni parte sibiipsi silis pp exactam coniunctionem. qd zeæ nullo inest pacto. Laudatur præterea non paꝝ qd in ptisana (iucundum & mite existit,) qd immiti iniucundoq; opponitur. id est qd dum sumit, insuauitatem quandam facit. sicut deniq; & panis insuauis ē, dum sumitur, nisi abunde ipsum maceraueris madefecerisq;. Imo & ita superatur ab ea quæ in ptisana est iucunditate, quæ mandi non indigeat, sed potuum instar sorberi possit. Neq; paruæ est conditionis ptisanæ (lubricitas,) præsertim cremoris. Pertrāsit. n. thoracem in nulla ipsius parte quippiam dum transit, relinquens. veluti faciunt quæ in meatibus infarcta adeo obstruāt, vt vix absolui possint. Q d accidit viscosis oib⁹ excæpta ptisana. Hinc sane q̄ ex chondro fit sorbitio, qd̄ quidē viscosum sit, habet: sed lubrico est destituta. Ptisanę aūt inest & lubricum & detergens. quapp medici ad detergendum eum qui

in ventre infarctus eſt, humorē, vomi-
tib⁹ exhibito ptiſanę cremore veluti &
aqua mulſa, vtunt. Crudā quoq; ꝯte-
runt ptiſanam pueroꝝ mangones, fa-
cieſq; vt vitioſos cutis exterāt colores,
illinunt. Quod aūt in ea deterſorium
exiſtit, id & ad deiectionē eſt idoneū,
diſtributionēq;, præſertim vbi ex ſima
hepatis ad gibbam tranſmeare dēat,
quæ diſtribuitur alimonia. Hic eteniꝫ
infarciunt quæ craſſi ſucci ſunt, & q̄ te
naciter collæ modo adhærēt. Atq; ob
id chondrus nō in affectis iocinore ſo-
lum maxime nocet: veꝝ quoq; & in
his qui viſcus hoc nullo qdem pacto
læſum, ſed cum meatuuꝫ anguſtia na
turaliter afformatum hn̄t. Qui igitur
ita natura affecti ſunt, ipſis tum viſco
ſa, tum craſſi ſucci oīa infarciunt, atq;
opplent: atq; ob id grauitatem in eo
viſcere ſentiunt, cum hęc diſtribuunt.
Præterea ptiſanæ viſcoſitas (humens
eſt) ſed non vehemēter, vt aqua & me
licratum: ſorbitio item ex chondro, &
ea quæ ſorbentur oua. Nempe ea oīa

ſtomachum languentib⁹ ipſis ita ma-
nifeſte ſupinant, vt ſubuerſum ipſum
eſſe exiſtimēt. Verū ptiſana humecta-
re quidem valet, ſed ſtomachum ſub-
uertere non pōt. Stomachum aūt hoc
in loco intelligere opꝫ, vt huiuſce tpis
hoīes dicere conſueuerunt, non mea-
tum ventriculi tm̄modo, veruꝫ quoq;
& os ipſius. Quod ſi imbecillū fuerit
atq; exolutuꝫ, manet diutius in eo qđ
ingeſtum eſt ſupnatans. Sed ꝯtrarium
vſu euenire natum eſt, vbi a cibo ali-
quo boni ſucci reductum, quod conti
netur expellit. Nempe humor ꝓtinus
ab ipſo recedit, & coquitur, atq; quod
ita expulſuꝫ eſt deijcitur. Nec ſecus q̄;
crudum manet, tardeq; cedit quod in
ore ventris ſupernatat. Nempe partis
huius munus eſt appetere, non conco
quere. Quæ igitur aſtringunt edulia,
vt ventriculi os roborant, ſic & plus iu
ſto exiccant. Pari modo & q̄ ex chon-
dro paratur ſorbitio vt humectat, ita
& ſupinare nata eſt. Ptiſana igitur hu-
mectantium vim aſſecuta, malitiam

effugit. Deinceps ptiſanam (ſitim minime inferre ait Hippocrates,) maximum quippiam & hoc eſſe in his qui corpus tum exurunt tum ſiccant morbis teſtatus. Hac ſane occaſione ptiſana q̄; aqua mulſa longe melior exiſtit quāq̄; abluendi bonitatem quam deinceps huic ineſſe ait, ſilr aquæ mulſę nacta fuerit. imo ſi ptiſanam aq̄ mulſæ comparaueris, ptiſanam ipſam in acutis morbis & ſuperiorez & melioris conditionis eſſe reperies. quod procedente oſtendaz ſermone. Nam de ptiſana ſermonem abſoluere eſt tempeſtiuum. (Probe ſiquidem abluere) dixit cū adiectione. (Si qd ablui egeat) quaſi non in oībus acutis morbis ꝓbe abluente vtamur edulio. Nempe cætera oia quæ de ptiſana dicunt bona morbis oīno proſunt acutis: ſ3 abluendi bonitas qbus ventrem ſubduci volumus, vbi cibꝰ in via moratur eſt idonea. Probe igitur abluere febrili affectioni neq; tanq̄; contrariū, neq; tanq̄; familiare auxilium vnu3 vtile exiſtit.

ſed bene tanq̃ ſymptomatis alicuius emendatorium correctoriumq́;. Deinceps inquit, (Neq; aſtringit, neq; male turbat.) viſcoſitas. ſ. ptiſanæ. ſic eteniꝫ ſermonem de ea inchoauit. Nõ aſtringere aũt qbuſdam maxime bonũ exiſtit. Nemo ſiquidem aſtringentibꝰ vtiť cibis, niſi vel pp ſymptoma quod animi deliquium inducat, vel pp ĩmoderatum ventris ꝓfluuium. Cogunt ſiquidem conſtringuntq́; corpora, viaſq́; tũ diſtributionis, tum alimoniæ, tum eiꝰ quæ foras fit perſpirationis conniuere faciunt. quas recluſas apertaſq́; eſſe cõducit. Quod ãt non turbet, id eſt, nullam dum concoquitur faciat perturbationem, in laudem & ipſum præſtat ptiſanę. Perturbatio aũt huiuſmodi ex multis paritur edulijs : his quideꝫ ventrem mordentibus, alijs vero inflantibus. Alijs item quæ pugnantibꝰ facultate partibus cõſtant, quod tum in lenticula tum in braſſica repitur. Nempe ſolidum ipſarum corpus ventrem cohibet, ius aũt ipſum ꝓritat, ſubducitq́;.

Sic & q cerebruȝ cum oleo & garo cō
diunt totum ex ipſis tum diſſimilare,
tum ſibijpſi pugnans efficiũt: cerebro
quideȝ ſtabili & tarde meante, mixtis
vero ipſi ad deiectionem excitare ido
neis. Pari modo & de ouo dicendum,
ſiue cum melle ſiue cum ſale, ſiue cuȝ
garo adſumatur. Nempe qđ ex ipſis
conſtat, differentes hȝ facultates. Iura
item fere oĩa. Quapropter & circa ſer
monis initia viſcoſitatem ptiſanæ lau
dans inquit, (continua.) quod ſane ci-
tra totius in partibus oĩbus ſimilitudĩ
nem non fit. Verum in præſentia huic
verbo turbat adiecit hoc aduerbiũ ma
le (ſic græce ὅυτε ἄραδον κακὸν) ptiſa-
nam non turbare haud quaq̃; ſimpli-
citer aſſerens, ſed male adijciens. Nihil
enim ciboꝝ concoctioni q̃; hoc ipm̃
aduerſatur magis. Quo fit vt qui de
concoctione ſcripſerunt, ciborum va-
rietatem p̃ſertimq; vbi varijs conſtent
facultatibus nocentiſſimam dixerint,
vtpote quæ ingeſta ipſa probe conco
qui ꝓhiberet. Obſeruant id maxime

tum qui luctantur, tum q legitime certant. Prandio siquidem panem dūtaxat edunt, in cœna vero carnem. Plura de his enuntiarem nisi scirem te inuenire ipsa posse, qui ex his quæ de cō coctione in cōmētarijs de facultatib⁹ naturalibus dicūtur sis instructus. Cōmētarios aūt huiusmodi si neglexeris frustra in his versaris. Quapropter de perturbatione huiusmodi supersedēs, ad oīum vltimum me transferam, qđ ab Hippocrate de ptisana adhuc loquente dr̄, (Neq; in ventre tumescit. Nempe multos ptisanam ꝙ flatuosa esset dānantes haudquaq̄; ignorás nō abs re adiecit. (Nam inter coquendū quoad maxime potuit, itumuit. Qua sane adiectiōe crimen, ꝯtrouersiamq́;, simul & purgationem significauit, co ctionemq́; edocuit. Scribit quędam & nihilominus de coctione in sequentibus, sed in p̄sentia tantillum hoc sermoni de ptisana adijciam. Ptisanam si valde coxeris, cibum haudquaq̄; flatuosum efficies. Etnos aūt fabaceum

(ita Græci dicunt)neq; si tribus coxeris dieb⁹ flatu viduum orbatumq; reddideris. Nempe ex propria substantia quod flatuosum est,hz,non aūt ob diminutam coctionem veluti ptisana. Sunt qui ab ipsius coctione ocyus recedere consueuerunt,potissimūq; diuitum coqui. Terunt siquidem crudam eam,atq; deide parum calfaciunt. Nō enim coctam dn̄is offerunt. Sed de coctione ptisanæ vt dixi rursum dicet. Nunc autem posteaq̄; vires ipsius demonstrauit,deinceps vsus distinctiones docebit.ad quem & ego me conferam,vbi me in sequentibus absolutuꝝ sermonē de ptisanæ ad aquā mulsam & alia cōpatione p̄monuero. 19.

Qui āt in hmōi morbis ptisana utetur,ne uno quidē die uasa ut ita dicam inaniri permittat,sed ab usu eius nequaq̄ desistat,nisi uel pp medicamentū vel clysterē,eum desistere opus sit.

Soluere incipit quod quæritur. Sed qm̄ dictionem ipsam non exacte iter

pretatus sit, ob id obscurũ ambiguũq; reddidit sermonem. Quapropter vt quonã maxime expositus modo nihil obscuritatis hẽat, referre conabor. sermonemq; ab initio hoc repetã pacto. Quænam est causa discordiæ cur in acutis morbis alij quidem ptisana hordeacea vtantur, alij solo ptisanæ cremore, alij ne hoc quidẽ ad morbi vsq; iudicationem? hoc sane est problema. Sed solutionem deinceps audi. Qui acutis laborant morbis, alij quidem a cremore solo, alij a ptisana ipsa, alij ab horum neutro iuuãtur. Sed sane ĩmodestius de omnibus morbo acuto laborantibus tulit medicorum vnusq́sq; sñiam, non considerata ea quæ in oĩbus esse debuit experientia. Sed distinguam ego demonstraboq; quinam a ptisana iuuantur, quinam a cremore solo, & quinam neutro indigeant. Tota igitur ptisana vti debent ex acuto morbo laborantibus, q neq; alio quopiam ante vtuntur remedio, quale vel per sectam venam, vel ventris subductionem

ctionem, vel quippiam simile fieri so-
let, neq; etiam eis insit quod periculū
minetur symptoma. Cremore aūt, qui
aliquid tum fallacius, tum periculi ma
gis particeps habent. Quos vero vel
sanguinis missione, vel purgatione va
cuare expedit, vel etiam dolores seda
re: his non ante vel ptisanam vel cre-
morem dabis q̃ quippiam eorū quæ
dixi feceris. Sane hæc Hippocratem p̄
scripsisse oportuit, & ab vnoquoq; sin-
gularium incœpisse: atq; hoc pacto fu
turum sermonem obscuritate omni vi
duum priuatumq; fecisse. Verum qm̄
id non fecit, non absq; causa obscurus
abiecto cōueniente ordine est effect⁹.
Nos autē dictiones ipsius sequuti, re-
ducamus vnamquamq; ad ea quę an
te dicta sunt capita. atq; in primis dili
gentia adhibita pn̄tē exponamus di
ctionem. Quare me latius explicantē
Hippocratis dictionem, simulq; & ver
ba aliqua gr̄a perspicuitatis adijcien-
tem audito. Qui igr̄ ægrotantes ptisa-
na in his morbis reficit (dicam aūt pau

lopost quinam ea vtantur) iis quidem nulla die vasa inaniri vt ita dicam permittat, nisi desistere debeat vel pp medicamentum vel pp clysterem. His ergo si bis dederis, cum opus habuerint, bene facies, atq; quantum corporis tolerat virt⁹. Explicabo aūt tibi scopos q b⁹ attētus vel p vētrē vel p venas ipsos euacuabis, aut fotib⁹ cataplasmatis ue vteris. Quos si pdixisset, deinde vnū quemq; seriatim resumens conuenienti exposuisset ordine: nō obscurus fuisset sermo ipsius. Nunc autem qd interrepit, interlabiturq; semper, ad finem vsq; persequi cupiens, vbi sermonem non parum suspensum esse voluit, iure obscurum fecit. Vera aūt me loqui deprehendes, si dictiones singulas oēs claras manifestasq; iueneris: orōnē vo totā incōpositā & ob id obscurā. 20.

Proinde qui bis die cibari consueuerunt, bis ptisanam dare oportet. qui semel, semel quidem primo die detur: deinde ἐν προσαγωγῆς, id est sensim

paulatimq́; si fieri pōt, bis quoq; detur si quid putas adijciendum.

Bis cibandos ipsos inquit qui bis cibari consueuerunt, idq́; si adsumendi necessitas fuerit. Qd̄ si semel tm̄ cibari consueuerunt, ptisanã bis dabis, ab ipso quidem semel incipiens, sed paulatim ad bis ipsum procedens. Nempe ἐκ προσαγωγῆς, id est sensim, id declarat. Fitq́; res hoc pacto. *S*emel quidẽ dabis qđ satis sit, sed minimum sit qđ secũdo exhibeas. Deinde paulatim augebis, idq́; efficies donec ambas æquari alimonias continget. Sed nondum sermonis huius fides huic patet qui librum hunc Hippocratis legit, ꝙ neq; ab ipso est præmonstratũ quinam sint qui commode ptisana vtantur. Verũ vbi mediocriter ęgrotantes ab ipso ita cibari prædixero, paulopost & Hippocratem ipsum velle id demonstrabo. Atq́; hæc tibi sit præsentis huius dictionis expositio. *S*unt autẽ pleriq; qui dictionem hoc scribant pacto, (Qui se

mel cibari consueuerunt, semel quidẽ prima die dandum sensim paulatimq; ꝙ si fieri potest, bis quoq; detur siquid adiiciendum putes.) Sed mente caret dictio hæc. Naꝫ ꝙ prima detur die sensim paulatimq; fieri non potest. cũ sensim ipsum pluribus ingestionibus fieri natũ sit. nõ semel, neq; statiꝫ ĩ pria. 21.

Verum inter initia neq; multam, neque crassam admodũ dare oportet, sed quantũ & ob consuetudinẽ, & ne multa vasorꝫ inanitio fiat, ĩgerere cõuenit.

Qui Hippocratem replere ægrotãtes asserunt ꝙ his qui citra periculum agunt, bis quotidie ptisanam dare iubeat. si quod in dictione retulit, considerarent, seipsos condemnarent. Tm̃ siquidem sorbitionis dari præcipit, q̃ tum alimoniæ corpori & ob consuetudinem & non multa fiat vacuatio, administrari conuenit. *Si* igitur ptisanæ oxybaphum. i. cotulæ quartam partẽ quæ quotidie ad septimaꝫ vsq; vel nonam diem exhibetur, minoris esse fa-

cultatis q; id quo alunt nutrimentum faterentur, mea ſnia a nugis ſeſe cohibuiſſent. Sed paulopoſt id declarabo. atque in pñtia verbum hoc inter initia quod græci dñt κατ' ἀρχὰς, exponaꝫ. Neque.n. morbi principium id ſignificat. Sed ex eo gñalius audi ſignificatum. Nempe cum ægrotans primum ptiſana egere videbitur, tunc protinus neque multam, neque admodum craſſam dato. A multa ſiquidem & ſubita tum repletione tum vacuatione abſtinuit Hippocrates. 22.

Verum dandæ ſorbitionis quantitas hoc obſeruabitur pacto. Nempe ſi morbus ſiccior quam vt quiſpiam exiſtimet fuerit, non multum dare oportet: ſed ante ſorbitionem, vel mulſam vel vinum vtrum magis auxiliaturum putaueris, propinare cōuenit. quod autem modis ſingulis iuuare poſſit, dicetur.

Morbus ſiccior varijs dignoſcitur modis, quãquam vniuerſalem cōemq; ra

tionem habeāt eandem. Peripneumonia quidem & pleuritis atq; oīno qui tum pulmonem tum asperam arteriā infestant morbi, cum nihil ab affectis expuit partibus: iocinoris vero vel mesaræi vel ventris vel ieiuni, vel intestinorum, vel lienis, vbi aluus prorsus cohibita sit, aut pro necessitate excernat tum sicca, tum aridiora & in sese conuoluta spirasq; referentia excrementa. Morbi tum arteriarum tum venarum dignoscūtur linguæ siccitate, & ea quę totum corpus occupat ariditate. Phlegmonæ pari modo fiunt durę in his q̄ tum foris tum conspicue apparent visceribus, vbi.s. nulla ex ipsis sanies effluat. Sæpius & in oculis phlegmonæ ēt duræ oriuntur nihil excernentes. Cerebri p̄terea ægritudines, q̄ neq; p nares, neq; p palatū expurgātur, iure optimo siccę dicuntur. Et sane superfluitatū nihil excernere siccorum omnium morborum notam esse non ignoras. Non īmerito igitur Hippocrates humectantium aliquid ante ptisanam adsumi iū

bet. vt vel aq; mulsam vel vinum, tanq; hęc q; aq magis humectét. Sed qm̄ vires ipsorum sese narraturum pollicetur, ob id & nos eorum quæ ad aquá est comparationem, in eam differem⁹ libri parté quæ ho⁊ vires edocet. 23.

At si os madescat, & quæ a pulmone expuūtur, talia sint qualia esse oportet, sorbitionis quantitatem vt dicā summatim augere conuenit. Nempe quæ citius magisq; madescunt, iudicationis denūtiāt celeritaté. q̄ vero tardius minusq; tardiorem significāt iudicationé.

A morborum siccorum genere ad eos qui contrario pugnant modo conuersus, deinde memorato citra omniū adiectionem vno, narrationem eius cō mune omnium eiusdem generis exéplum ratus, non absq; causa obscuritatem fecit. Nempe os madescere, & talia a pulmone expui qualia oportet morbi non simpliciter sunt humidi notæ, qui omnino ī omni sit corporis par

te: ſed cum cuiuſpiam eorum quæ re-
ſpirationi ſubſeruiunt inſtrumentorū
affectione. Ob eam rem vt dixi dictio
Hippocratis obſcurior eſt reddita. Sed
quod ab eo enuntiatur, verum omni-
no eſt: ꝙ ſcilicet quæ per ſputa veluti
oportet excreta expurgantur, celeriter
iudicantur. Contraria vero duorum al
terum ſubeunt. Nempe aut in perni-
ciem, aut in lõgum finiuntur tempus.
Ergo qui probe expurgantur, his ptiſa
nam dare oportet. non vt virtutem ro
boret modo: veꝝ quoq; & his quę per
tuſſes ex pulmone fiunt humidorum
expuitionib⁹ opem ferat. Nempe ver
ba hæc qualia eſſe oportet, coctionis
hn̄t notas. de qbus abſolute diximus,
tum in his quos de criſibus tuꝫ in illis
quos de tpibus morboꝝ fecimus cō-
mentarijs. Præterea & in expoſitione
aphoriſmi illius vbi Hippocrates quo
nam oporteat modo ex apparentib⁹
prænotiones facere oſtendens ſermo-
nis exempluꝫ pleuritidem ſcripſit hoc
pacto. (Veluti in pleuriticis ſi ſputum

inter inttia protinus appareat morbũ breuiat. si vero postea appareat, producit. 24.

Et hæc quidē ꝑ se talia parte plurima existunt. Sed multa quoq; & alia ꝑopportuna quæ præmonstrāda sunt, prætermittuntur, quæ postea dicētur.

Dixi & ego sermoni huic deesse nō pauca quæ ad distincte definiteq; loquendum cōmoda existunt. de qbus & ipse agere pollicetur. Sed in præsentia de his solum, vult intelligere quæ dicta sunt. Ea siquidē per se talia sunt qualia ipse percurrit. 25.

Et quā|o maior fuerit expurgatio, tanto magis ad iudicationem vsq; dare oportet; sed maxime duos ab iudicatione dies, quibus vtiq; vel quinto vel septimo, vel nono fieri debeat morbi iudicatio. quasi dieꝝ tum paritas tum imparitas perpendenda sint, Post hoc autem mane sorbitionem dabis, sero autē

ad cibaria tete conferes.

Κρίσιν, id est iudicationem nunc dixit vel perfectam morbi solutioné, vel permutationem eam quæ vsq; ad eo insignis sit, vt æger periculum omne euaserit, Duos autem ab iudicatione iubet ad notari dies vt & eos q diebus tum paribus tum imparibus fiant accessionum circuitus obseruemus. Contingit siquidem interduz vt tanq; soluto exacte morbo ægri confidant, cibentur deinde negligentius, & eius quæ per circuitum repetat accessionis occasionem præbeant. Tutum igit est etiam si morbus iudicatus fuerit, ad duos vsq; dies diligentem victus rationem qua æger vsus fuit, seruare. Præteritis autem ab iudicatione dieb⁹ duobus, iam securum est plenius cibare, sic vt neq; mutationem eam quæ vniuersim subitoq; fit, efficiamus, sed mane quidem sorbitionez demus. postea vero dimittente die iam & frumentacea exhibeamus aliméta. Constat igitur Hippocratem languentibus ipsis

neq; aliud quippiam ante præfinitum tp̄s nuper dictum dare, neq; panē, sed ptisana oīno contentum. Quod ægrū satiantis replentisq; nō est, sed potius, si quis vitio vertere voluerit, tenuius quam op3 cibantis. Verum ita cibare neq; tenuius iusto est, neq; plenius q̄; oportet: sed exuperantiaꝝ exacte est mediu3, & maxime laudabile. Quod aūt ita cibare sit medium, argumento est eorum qui contraria vitio vertunt, contentio. Quo é numero Thessalus eiusq; sequaces, tanq̄; ægros replente3 accusant Hippoctatē, Erasistratus ꝟo tanq̄; fame necantem. Nempe quę ab Erasistrato in primo de febribus aduersus Apollonium, Dexippumq; Hippocratis discipulos dicuntur, calumniam habent eius qui per famē sit cruciatus qui ad Hippocratem magistrum refertur. Sed sane Erasistrato ignoscendum magis, vtpote qui similia dicat: cęteros vero qui Hippocratem ægros replere aiunt, viros Thessalo dignos eē est existimandum: qui neq; aliud quippiam

scriptoꝝ Hippocratis, neq; q̈ de victus ratione ꝓferuntur, nouerunt. 26.

Talia autem parte plurima prosunt his qui protinus tota vtuntur ptisana.

Siue totam, siue hordeaceam, siue ptisanam simpliciter dixerit, vnum & idem ex tribus his significatur vocabulis, ptisanam vnoquoq; non colatam significante, Nempe si a decoctiōe qs ipsam colauerit, deinde cremorē sepa rauerit, dederitq;, is neq; tota, neq; hordeacea, neq; simplr dicta vti ptisana dicetur, sed solo ptisanæ cremore. Rursus aūt in pręsentia memorabo quinā sint, qui ptisana tota ab initio vti debeant. breuisq; erit memoratio, nisi segniter desidioseq; quæ prædicūtur audieris. Si ergo quæ expuuntur vtilia fuerint, ægerq; neq; medicamēto neq; clysteri egere videatur, ptisana hunc cibare iubet. Sed propositi considerationē adiecit inquiens. 27.

Dolores siquidem pleuriticoꝝ confestim sponte desinunt vbi aliquid effa

tū dignum tum expui, tum expurgari cœperit. Nempe & purgatiões longe perfectiores existunt, minusq; purulenti ita fiunt, quam si quis aliter abaret. Præterea iudicationes simpliciores faciliores q; & minus reuersoriæ.

Probe autem hæc oĩa a ptisana fiunt, tuз q̈ humectet, mediocriterq; incidat quæ expui debent humida, tum demum q̈ virtutem roboret. Concurrentibus siquidez vtrisq;, ocyus expurgantur, qui respirationis instrumēta infestant humores. quos q̃dem & humectare & secare pōt ptisanę modo aqua mulsa: sed virtuti robur non addit. Cō traria aūt pollent facultate & panis & chondrus. Nempe virtutem quidē roborant: sed neq; humectant, neq; secant. Quod neq; alteri cuipiam inest eoꝶ quæ medici languētibus dare cō sueuerunt. verbi gratia. ouis, galloruз testiculis, alis, piscibus, iuuenibus colū bis, & quæcūq; id genus sunt. Quare

qui lenticulam ex aceto confectam pleuritico in ea morbi declinatione q̄ nihil aliud quā coctoꝝ expuitionem desideraret, exhibuit, is non immerito languenti ipsi qui sequēti nocte suffocatus est, mortis occasioné dedisse est visus. imo lenticulam nemo qui mentis compos fuerit, dederit. Q ꝺ si æger aquam mulsam ptisanamq; fastidierit, pisces saxatiles sūt maxime idonei, ex aqua scilicet & marrubio & anetho & sale parati: atq; ex non saxatilibus aselli. Sz antea oxymeli ꝓpinare oportet. neq;.n. id stomacho aduersat, nisi affectis in languente neruis, & in muliere, vtero. Quod si oxymelitis loco medicamentū aliud dare volueris, dabis eam quæ ex marrubio & iride fit, confectioné. Nempe hæc si per se cuz mulsa bibatur, maturat probe quæ tū in thorace tum in pulmone sunt superflua, atq; ad expuitiões ꝑparat. 28.

Ptisanam autem ex optimo confectam esse ordeo oportet, atq; quampro

bissime coctum, & maxime si non solo vti debeas cremore.

Probatissimum hordeũ prius quã experiaris, ex eo solum quod & plenũ sit, & nihil rugosum in se hẽat, iudicabitur. Sed experientia iudicatum p᷑ coctionem deprehendetur, vbi s. plurimũ intumuerit, & succum fecerit plurimum. quod stabile ratumq; facultatis ipsius est argumentuʒ. Nempe q̃ ab alendi bonitate sumitur, id scientificum non est, neq; perpetuo verũ, q̈;q̃; vt plurimum insigne egregiũq;. Ptisanam aũt perpetuo optimam esse iubet: sed maxime si non solo vti cremore velimus, verum & ipsa tota. Quare autem id præcipiat, manifeste declarauit cum inquit. 29.

Nam preter reliquas ptisanæ facultates lubricitas eius ne hordeum cũ deuoratur noxam inferat, efficit. neq; enĩ adhæret, neq; in recto thoracis manet tramite, ἴξιν eum vocant.

Hippocratem ἴξιν vt plurimum q̃dem ἰυθυωρίαν, id est rectum tramitẽ. Interdum autem & φορὰν, id est delationẽ3 dicere non ignoramus. Quod autem ptisanæ haustæ per thoracem, tum rectu3 iter tum delatio ad ventrẽ vsq; per stomachum fiat, liquido constat oĩbus. vultq; Hippocrates in ea re nihil ipsi adhærere. Nempe cum multa in thoracis pulmonisq; affectionib⁹ existit caliditas, quod adhęret arescitq; adeo pertinaciter obstruit, vt vix absolui possit, id ciborum fastidium quodam & sitim facit. 30.

Lubricissima autem est, sitim maxime arcet facillime concoquitur, & infirmissima existit si optime coacta fuerit. quibus omnibus est opus.

Ptisanam probe coctam non lubricissimam modo, maximeq; ab inferenda siti alienam, & facilis domiturę esse astruxit, sed tandem infirmissimam eẽ adiecit. Q đ maxime lubrica sit, si probe cocta fuerit, iam antea est annun-

tiatum

tiatum. Sed ꝙ ab inferenda siti maxime aliena sit, hic pp hordei nām continuo adijcitur. Est aūt hordeum temperamento frigiduz. Verum quonam pacto substantiam ipsam tum frigidam tum calidam iudicare oporteat, inter aīantia quidez in libris de temperamētis diximus: inter ea vero quæ aīa carent, in his quos de simplicium medicamentorum viribus fecimus commētarijs. Imo & facillimæ ait esse concoctionis ptisanam hmōi, vtpote quę dissoluta sit, neq; quippiam habeat qđ & durum sit, & difficulter perfici possit, atque haud quaquam flatuosaziam ꝓpter longam cocturam effectam esse. Quantum vero spectat ad id quod in dictionis fine dixit ptisanam hmōi infirmissimam asserens: si nihil de probissima ipsius concoctione antea egisset, promptum esset sermonem Hippocratis ad eam quæ in ventre fit domiturā referendum affirmare. quasi infirmissimā dixisset quæ in ventre & facile vincatur, & perficiatur, & permutetur. Sed

qm̄ id prædixit, infirmitatem illam in telligere opz: q̄ vel paucam prẽstet cor pori alimoniã, vel nullam habeat qua litatem quẽ vsq; adeo vehemens sit, vt vel neruos vel mentem feriat, quomo do acetum vinumq;. 31.

Nisi igitur quis quantum deest con tulerit vt ptisanẽ sorbitio sufficiẽter pa retur, crebrius sane detrimẽtũ afferet.

Docere incipit quẽ pauloante se di cturum promisit cũ dixit, (multa quo que alia peropportuna quæ præmon stranda sunt prætermittuntur, quæ po stea dicentur.) Q d aũt verbum τιμωρῆσαι, id est conferre tum apud anti quos tum apud Hippocratem ipsum sepius pro βοηθῆσαι, id est auxiliari di ctũ sit, demõstratũ & in aliis librisp eas quas in ipsos ꝯfecim⁹ enarratiões. 32.

Quibus .n. cibus statim inclusus, si quis non vacuato eo sorbitionem dede rit. dolorem si adest adaugebit, si non adest, protinus inducet, frequentiorq;

reddetur spūs. quod malum est. Nempe *pulmonem exiccat, fatigatq;, tum hypochondrium, tum ventrem imum, tum septum transuersum.*

Cibum dixit quod ab edulijs in intestinis ipsis continetur excrementum quod Greci & σκύβαλον & κόπρον appellant. Si igit̃ incluso eo, id est ex multo tpe haudquaquam eiecto, ptisaná quis propinauerit, lateri offensam fieri est necesse pp intestinorum oppilationem. quam ex collecto in ipsis stercore, flatuq; pp oblatam ptisanam haudquaquam pertranseunte, & demuȝ ob prauam quę ad affectam partem fit' distributioné nacta sunt. Quo fit vt exhausta ptisana, necessario dolorem si adsit, adaugeat: & si cōquieuerit, reducat. Nempe vapores, flatuosiq; spūs, & scybalorum exhalationes cum ad lat⁹ perueniunt, dolorem ipsi pariunt, adaugentq;. ob eas cās & frequentior fiet respiratio. Vocauit aūt totam respirationem spūm & in prognostico, & in li

bris populariter vagantium morbo℞. Densata aũt frequensq́; reddita respiratio, respiratoriis in organis assiduũ ob motum caliditatem efficit maiorem, qua siccantur tum pulmo, tum septũ transuersum: siccanturq; vna & calfiũt eæ quæ tum in hypochondrio tum in peritonæo existunt aĩalis partes. Oẽs siquidẽ in respirationibus vna cũ thorace mouentur. Quod aũt principio dictionis dr̃, (Quibus.n. cibus statim inclusus.) Vocẽ hanc statim ordine hꝫ commutatio. quæ si suam peculiarem que accæperit concinnitatem compositionemq;, dictio ita habebit. Nisi pręfato ptisanaceæ sorbitionis modo supp etias tulerimus frequentius orietur læsio. statiꝫ siqdẽ qbus cibus inclusus est nisi qs prius vacuato eo sorbitionẽ ita dederit, maximã afferet offensaꝫ. 33.

Præterea si lateris dolor assiduus est, calidisq́; fomentis nõ remittitur, sputumq; nõ procedit, sed κατaγλισχραινόμενον ἀσαφέως *id est summe citra*

coctibilitatem glutinosum sit, nisi quis dolorem vel alui subductione vel secta vena pro vtriusuis exigentia soluerit, ptisanā autem ita affectis dederit, praecipitem aget in mortem.

Qđ de pleuritide tanquã exēplo agat Hippocrates, memoria non excidat, fieri aūt pleuritidem ipsam pp inflāmationem eius quę costas succingit membranæ ostendimus. Si igr̄ cum in vigore fuerit inflāmatio ptisanaʒ quis dederit, ęgrum grauiter offendet. Vigētis aūt inflammationis notæ sunt, dolor assiduus, & qꝫ nullo pacto a calidis fomentis remittatur. Continuo aūt & alia adijcitur pleuritidis non magnæ modo verum & morosæ nota. qꝫ. s. sputum abunde glutinosum ab euacuatione arceatur, infarctumq; affectis partibus sit & detentum. Nempe hoc verbuʒ καταγλισχραίνεσθαι plus aliquid indicat, dictione maximam significante glutinositatem, facta præpositionis huius κατὰ adiectione, Satis igr̄ fuerit

ex ipsius additamento quod ita gluti-
nosum sit ab eo quod concoquitur di
stinxisse, Nempe qđ concoquitur,me
diocriter glutinosum existit,non tñ κα
ταγλισχραίνεται, id est neq; extreme,
neq; summe id hȝ. Et ne quis ĩ ea re fal
leretur, continuo Hippocrates verbo
huic καταγλισχραινόμενον aduerbiuȝ
hoc ἀσαπῶς adscripsit,quod idem cuȝ
ἀπέπτως,id est icoctibiliter significat.
Nēpe καταγλισχραινόμενον ἀπέπτως
id est citra coctibilitatem glutinosum
malum est. Aegro auteȝ ita affecto si
quis ptisanam dederit,prius q̃; dolorē
vel secta vena vel ventris euacuatiōe
soluerit,hoīem perimet. Nempe in prę
senti & tali pleuritide, postea q̃; a cali-
dis fomentis non remissum esse dolo-
rem dixit,statim duo alia hȝ aduersus
dolorem remedia,sanguinis missionē
.s.& purgationem. Nempe eorum quę
ex opio,hyoscyamo & mãdragora cō
ficiuntur medicamentorum vsus pleu
ritidis dolorem non sanat, sed sensum
tollit enecatq;. Nunc ergo sectionis ve

ne meminit simplr & purgatiōis. Sz de
inceps sup vtriusq; vsu distinguet. 34.

Ob has igitur προφάσιας id est cau sas, atq; ob alias similes adhuc magis, qui tota vtũtur ptisana, septimo die vel celerius moriuntur: alij quidem deliri, alij vero ob difficultem spirandi Ster= toremq; præfocati.

Qđ sæpius appellet cās προφάσεις, demonstratum quidem in his quas in alios libros parauimus enarrationib⁹. Sed quasnam alias præter dictas vna celeriorem inferre mortem dicat, adij- cere sermoni opz. Nũc siquidem sum- ptionem ptisanæ prius q̃; soluatur do lor recensuit, sputiq; ob frequentem re spirationem glutinositatem, ob quã & suffocantur. Sed lædi quoq; asserit, si prius vt supponitur, q̃; vacuati sint, vi- num sumpserint. aquam item mulsaz & oxymeli. Nempe de alijs oĩbus ne- que idiotis ipsis non constat. Non abs re igitur ait alios mente læsos mori. Id

enim contingere natum eſt ſi vinum vinoſaq; intẽpeſtiue ſumpſerint. 35.

Non perperam aũt hos antiqui ſide ratos eſſe exiſtimauerũt, tum maxime ob id, tum nun minime quod mortuis latus liuidum plagæ ſimile videretur.

Veteres talis prehendit opinio tum pp necis celeritatem, tum ꝙ nonnullorum latus affectum liuore videretur, vbi. ſ. inflammationis erat radix. Sanguine etenim in latus ob dolorem perueniente, quicquid in cute diuiſum ſolutumq; eſt, id in morte refrigeratum nigrorem contraxit: ſimiliter illis qui ita ex plaga affecti ſunt. 36.

Rei huius cauſa oſt, quoniam prius quam dolor ſoluatur, pereunt. Celeres ſiquidem fiunt reſpirationes.

Quod autem hoc reſpirent pacto, deinceps ipſe oſtendit inquiens. 37.

A multo autem frequentiq; ſpiritu, ut iam dictum eſt, ſumme tũ viſcoſum

tum incoctum effectum sputum, fieri egressum prohibet.

Quod prius ἀσαφὲς dixit, nūc ἄπεπτον, id est incoctum dicit: fidemq; facit quod & probe tunc vocis transpositionem fecimus. 38.

Nempe & sputū quod intus retinetur, prohibet aēris ad interna delationem, cogitq; ipsum celeriter egredi.

Non omnis aer in huiōi affectionibus ad interna ferri prohibetur. Nēpe si id fieret, hoīem protinus mori esset necesse, nō secus q̄; his accidit q strangulant. Ver quod vsui respirationis conferat, introferri prohibetur: quapp ad dies aliquot sufficiūt, sed tractu tēporis aucta indigentia moriunt. 39.

Et ita aduersus malū sibi inuicē opitulantur. Nempe retentū sputū, frequētē spiritū reddit: qui frequens affectus sputū adglutinat, atq; expui prohibet.

Qd̄ verbo hoc τιμωρεῖν pro opitulari tum antiqui alij, tu Hippocrates

vſi ſint, ſæpius ante dictū eſt. & nūc ſane συντιμωρεῖν ἀλλήλοις εἰς τὸ κακὸν dixit pro συμπράττειν καὶ λυσιτελεῖν, id eſt opitulari & prodeſſe. atq; quonā modo ſibi inuicem opitulentur proſintq; perſpicue quidem ipſe oſtendit, ſed & a nobis dicetur. Sputu in bronchijs pulmonis tenaciter adhærēs, pulmonis canali anguſtiam parit. atq; ob eam anguſtiam minus ægri inſpirant, Quo aūt minus īſpirant eo magis inſatiabilē reddunt reſpirationis neceſſitatem. atq; ob id citius a priore inſpiratione ad ſecūdam ꝓperant. quod denſum frequentēq; ſpiritū vocant. 40.

Prehendūt autem hæc non ſolum ſi ptiſana intēpeſtiue vtātur, verū & multo magis ſi quippiā aliđ quod ptiſana deterius ſit, vel ederint vel biberint.

Iam rei huius pauloante meminit cum dixit, (Ob has igitur cauſas, atq; ob alias ſimiles magis.) Imo eo in loco de vino, aqua mulſa, & oxymelite mentionem fecimns. Hic aūt & alia in

telligere eſt opus, quæ ita affectis nō aliter pleriq; medici exhibent. quæ etiam q̄; aqua mulſa, vinum & oxymeli nocent magis. 41.

Bene igitur vt plurimū ſimilia ſūt auxilia tum his qui tota utuntur ptiſana, tū his qui cremore ipſius: verū qui neutro horū, ſed potiōe ſola vtūtur, his īterdū nō vno eſt auxiliandum modo.

Auxilia inquit ſimilia ſunt & his q ptiſana, & his qui cremore ipſius vtuntur. Sed qui potione dūtaxat vtuntur, his interdum differēter opitulari oportet. Sed qualiſnam ſit huiuſmodi differentia, in ſequentibus perdocet. 42.

Verū oīa hæc ad hunc modū facere oportet. Si nup paſto cuipiam, & alui oneribus haudquaq̄ purgato febris vel cum dolore, vel ſine dolore inceperit, à ſorbitione tantiſp eſt temperandum, donec cibum ad infernam inteſtini partem deſ.endiſſe coniectum fuerit.

Sermonem lacerum frustatimq; sectum,neq; continenter & conuenienti digestũ ordine fecisse sese deprehendit Hippocrates.quapropter resumẽs ipsum,ad accõmodum perducit principiuz.hoc autem ideo ipsi accidit,ꝙ quæstionem super medicorum cõtrouersia soluere conatus,in ea solutione de rationibus curatorijs mentionez fecit.qui sane re intellecta,atq; his qdez permutatis,sermonem ab initio aliter percurrere debuit. Nempe & ita mihi aliqñ felicius contingere est visum. vt pote qui his quæ ante scripta fuerant, permutatis,alio de ipsis scripserim modo. Sed quonam pacto & quæstionẽ ab ipso propositam soluere,& sermoni ordinem dare debuit,his exponam ego qui talia interpretari exponiq; desiderant viamq; dilucidabo.iam ergo animum conuerte,sermonem ab initio auditurus. Quare contingit vt interdum præstantes medici de curatiõe dissideant?ꝙ scilicet in nõnullis expertum conuenire oĩbus putauerunt.Sic

ſane & in victus ratione in morbis acu
tis fuerunt cōtrouerſi. alij quidē ægros
ad iudicationem vſq; ptiſanæ cremo-
re ſeruantes, alij ptiſanam ipſam exhi
bentes, alij autem neutrum horum ad
miniſtrantes, ex parte autem verum q
dem dixerunt omnes: ſed ex parte fal-
ſi circūuentiq; ſunt. Nempe quidam
ex acutis morbis ptiſana indigent, alij
cremore, alij horum neutro ad iudica-
tionem vſq;. veruȝ lucis gratia de acu
to morbo vno tanq; exemplo ſermo-
nem faciam. Et demum pleuritidis ſu
per curatiōe agere proponatur. *Si lan
guenti non multo ante tempore ciba
to, neq; ventris oneribus expurgato fe
bris incœperit, ſorbitionem huic non
dabis donec quæ adminiſtrata eſt ali-
monia, penetratis plurimis inteſtinis,
ad vltimum vſq; perueniſſe videbit.*
Principium huiuſmodi vbi quiſpiam
ſermoni fecerit, atq; deinceps omnia p
prio dotauerit ordine, doctrinam in
his haudquaq; obſcurā pariet. 43.

Vbi aūt dolor aliquis vexauerit,

oxymeli bibendum dabis: hyeme cali-dũ, æstate frigidũ: quod si multa sitis fuerit, melicrato vtendum & aqua.

*S*iticuloso existente ægro, ab oxy-melite admodũ multo maxime tem-perandum præcipit. qua propter con tinuata serie tum melicrati tum aquæ mentioné fecit. Nempe q̃tuz ad mor-bum spectat, oxymelite magis est vtẽ dum . verum si æger accæpto multo oxymelite adhuc sitiuerit, melicratuz dare oporter. Quod si & ab ea re siti-uerit, aquam offerendá putato. Nem-pe aqua per se pota culpa non caret. Causas vero ob quas aqua pota cul petur, in sequentibus atq; in ea libri parte quæ de virtutibus ipsius agit, p-disces. Nunc autem quod præsenti ad posuit orationi recensebimus, qua sci licet præcepit oxymelite vtendũ hie-me quidez calido, æstate vero frigido. Nempe id ad eam quæ in acutis mor bis magno est adiumento nos hortaẽ gelidæ aquæ potionem. quam omni

nō prętermisisse videtur Hippocrates, atq; ob eam rem a quibusdam est culpatus. Res etenim doceri non negligenter incuriose'q; narrari debuit. Si ergo de aquæ frigidæ potu intellexerit, præsenti ex sermone dignosci valet. Nempe si Hippocrates sitientib⁹ oxymeli frigidum aliquando exhibeat, ꝙ & aquam daturus sit, est manifestum. Quāuis siquidem non prorsus de frigidæ potione id præcæperit, verumtamen præcæptionem sequitur ipsius. vtpote qui febrez ex natiuo calore ex ardescente suscitari existimet, atq; contraria contrariorum esse remedia. Cuz autem ignis tum calidus, tum siccus sit, atq; ob id etiam febris, sane aqua febris naturę aduersissima est, corpus tū refrigerās, tum humectans. Et sane ab ea si tempestiue detur, febres ꝓtinus extingui videntur. Dictum sane abunde in libris methodi medendi: sed & nunc rei summa dicetur. Cum ergo febris fuerit, constante virtute, tunc non solum non offendes, veruz & iuuabis

abunde. Potio autem frigidæ huiuſ-
modi, tanta ſit quātum frigidæ aquæ
æger inſpirando haurire poſſit. Oxy-
melitis vero exiguum datur, neq; ſin-
gulis oblationib⁹ plus dimidio. in hoc
ergo exhibitionis ſcopus eſt diſſimilis.
Nempe ad febris extinctionem frigi-
da affatim atq; ad laborantis vſq; ſa-
tietatem bibitur. Quæ enim ita bibit
aqua ſanationis occaſio efficit. Oxy-
meli vero æſtate datur frigidum ne la
borātis adaugeat ſitim. imo vt aduer-
ſus etiam contrarium conferre poſſit.
Ob eas etiam cauſas frigidum oxyme
li ante morbi coctionem dari iubet,
quaſi frigidam aquam ad ſatietatem
vſq; in eiuſmodi affectione dare æſta-
te haudquaquam debeamus. Denſat
ſiquidem inflammationem ſi ex ea fe
brierint, crudoſq; refrigeratione reddit
humores. vbi ex ipſis morbum cōtra-
xerint. ſed ab oxymelite reducuntur,
quod ſecandi vim habeat. Nempe qđ
ſecat penetratq;, id ſpiſſanti cogentiq;
corpora eſt contrarium. 44.

Postea si dolor quispiam vel periculum comparuerit, sorbitionem dare oportet neq; multam neq; crassam, sed post septimam vel nonā si validus sit,

Qui Hippocratē ægros ἐμπιπλᾶν, id est replere dixerunt, (ita.n. verbo sūt vsi) dictionem hanc prætermittere mihi videntur. vt qui fame necare ipsum dn̄t, solam hanc legisse apparent. Qd̄ si vtriq; aīaduertissent, eorumq; quę ab ipso bn̄ enarrata sunt meminisset, quonam. s. pacto naturæ inter se valde differant, forsan eos p̄ria Hippocrati imponere puduisset, & potissimum si reliqua aīo volutassent quæ ipse demonstrauit, regiones inter se differre ostendens, anni tp̄a, ætates, consuetudines, & proprios peculiaresq; languenti vni cuiq; ante morbum victus. Si ergo in oībus quæ dicta sunt, p̄rio habentes modo iter se comparaueris, maximas in victus rōne comperies differentias. Quas vbi e regione inter se ordinaueris, iam & hoc pacto multas consistere

in medio exacte videbis. Sed de hmōi differentijs dictū quidem absolute in libris methodi medendi, dicetur quoq; & nunc rei summa. Statue igitur quēpiam nā siccum quidem corporis habitu, sed superficie densum spissumq;, latis venis, virtute vitali valida, cibisq; non multis assuetum ægrotare hieme non admodum frigida, in loco tali, atque prius q̄; ægrotaret otio deditum, insatiabiliterq; ciborū varietate abusum. Præterea & os ventris validum sit. qđ & stomachum quidam appellant. Sit aūt & alter ɔ̄rio adfectus modo, humidus quidem & mollis, & virtute vitali imbecilla, & qui plures cibos ingerere consueuit. Aegrotetq; ęstatis tpe ęstuoso, regione eiusmodi, statuamusq; hominem anteq̄; ægrotaret, tum curis, tū assiduis necessitatibus fatigatum, pauca præter consuetudinem edisse, & oleracea, & quæ haudquaq̄; nutriunt. Vētris item os non validum, sed nā imbecillum habere. atq; his ita habentibus, vterq; eodem si volueris morbo infe-

ftetur, ea.ſ. quam Hippocrates veluti exemplū hoc in loco conſtituit, pleu ritide. An ne vna tibi victus rō in vtro que definienda vr? An poſterior a pri ma die alendus? prior vero potu ſolo ad ſeptimam vſque gubernandus, vbi morbum non longius protracturum ſeſe ſperaueris? Ego ſane qui longa ex perientia vtrunq; probauerim, optimã ita fore victus formam aſſero. Nam ſi vice verſa feceris, priorē.ſ. a principio nutrire aggreſſus, poſteriorem vero ad ſeptimum vſq; ſine cibo ſeruare volue ris, trucidabis ſane ante quartum diem vtrunq;. Nempe alterum citiſſime prę ſocabis, alterius vero vires proſternes. Cæterum adijce ſi velis ætatem vtriq; ꝓriam, priorem quadragenarium con ſtituens, poſteriorem puerum. Nam hoc pacto citius adhuc ad mortē vter que properabit. Sed ſane oĩa hæc quæ nunc dicta ſunt, ad vnum reducuntur ſcopum, qui vno verbo ab Hippocra te eſt declaratus. Quid.n. ait, (Sorbi tionem dare opꝫ poſt ſeptimam ſi va-

lidus fuerit?) Verbum siquidem vnũ est: sed ex oibus quæ nuper dicta sunt inuenitur. Si.n. validus ad septimum vsq; diem fuerit, oxymeli & melicratuz & aquam dare satis erit. per quæ vt dixi oĩa tum liberabitur tum sanabitur. Quasi sane ex ipsis alia quidem præsto sint, alia vero non. quorum vires si vice uersa comparaueris, quot diebus sufficere ex tali victus specie æger possit, deprehendes. Verum Hæc nrĩs in tractationibus demonstrata sunt, quas si legisti, memoriæ mandes opz, si non legisti: in eas te prius transfer, si sniæ Hippocratis veritatem cognoscere volueris. Oĩa siquidez in operibus oĩbus dicta sunt a nobis qui verissima Hippocratis dogmata sequimur. Sed cum fieri non possit, vt homo vnus conuenientem methodum & singularia quę in ea sunt oĩa doceat, neq; iõ ab Hippocrate singularia oĩa auditurũz te existimaueris. At potius culpa eos qui cũ ea quæ ab Hippocrate bene præcepta sunt, elaborare & conficere deberent,

laudis appetentia ducti sectam aliam constituunt. Verum nos qui veritatẽ honoramus, laudamus Hippocratem cum in cæteris omnibus. tũ ꝙ in vno quoq; opere proprium scopum ita docuerit, vt huic attentus oĩno quispiam definitam certamq; inuentionis auxiliorum habeat viam. Sic sane & cibandi scopum vnum cõem prorsus tum sanis tũ languentibus esse demonstrauimus. Is aũt facultatis vitalis custodia est, quam nunc manifeste explicuit cũ dixit, (si validus fuerit.) ob eandẽ sane facultatem sani edimus & bibimus, aliaq; oĩa vitę munia exequimur. Propter hãc eãdẽ & ægri ad cibos potusq; procedimus. Nempe morbus suæ affectionis indicat auxilia. phlebotomiã videlʒ clysma, cataplasma, purgationẽ oxymeli, aquam mulsam atq; aliorũ vnumqdq;. Virtutis vero custodia solam indicat alimoniam. Si igr̃ morbosam affectionem nullo pacto offenderet alimonia, nos virtuti soli attendentes ægros vt sanos aleremus. Sed qm̃

ſæpius noxaȝ vti oſtendimus affert, ob id morbi affectionem, non tanquaȝ ci bi indicatricem ſed tanq̄; prohibitriceȝ contemplamur. Vbi ergo non prohibuerit, facultasq́; præceperit, tunc nutrimus. Neq;.n. cibus morbi affectioneȝ ſua rōne iuuabit. Id ſane dixi, qm̄ ſæpius mā vna vim tum cibi tum medicamenti obtinet. vt ptiſana. Nempe ꝙ virtutē roboret, id ea efficere tanq̄; alimentū nata ē: ſed qm̄ & ſecat & humectat q̄ expui opȝ, iō medamenti obtinet rōnē. Chondr⁹ ergo pleuritico cib⁹ tm̄ exiſtit. oxymeli vero medicamentum. Sed vtranq; facultatē ptiſana obtinet, vſumq́; languentibus ipſis exhibet. ſed ingeritur virium quidem conſeruandarum gr̄a tanq̄; alimentum, vt vero ſoluatur morbus tanq̄; medicamentum. Cum igitur virtus ad morbi vſq; iudicationem ſine ptiſanæ ſorbitione ſuffecerit, oxymeli & aqua mulſa ſatis ſunt, oxymeli quidem vim medicamenti ſolam habens, aqua mulſa vero cibi pauci & imbecilli. At ſi iudi-

cationem ſeptima die citius futurā ſperaueris, vt verbi grā vel quarta vel qnta, ægros ſane multos ſufficere citra ptiſanæ ſorbitionē poſſe comperies. Q đ ſi ad ſeptimam vſq; protrahatur, paucos oīno. ſuntq; qui & virtutem hn̄t valentem, corporisq; habitum tum durū, tum ægre tranſpirabilem, ſuccosq; vel craſſos vel viſcoſos, atq; ſi ambiens aer calidus non fuerit. Nempe ſi nihil e noſtro efflueret corpore, alimēto opus nō eſſet. ſed qm̄ huius proportione effluit cibi ideo quantitatez definimus. Quibus igr̄ per cuticulares meatus parum exhalat, fieri pōt vt his ſummam conſulamus inediam, & magis vbi virtutē ab initio validam habuerint. quaſi velociter laboret quæ imbecilla veluti ſenū fuerit, & ſi corpus paꝝ exhalauerit. Quapp & pauloante quadragenarij meminim⁹, & nō ſeptuagenarij. 45.

At ſi nuper cibato cibus prior non deſcenderit, virtus q; valida fuerit, & floruerit ætas ſubluere oportet. ſi vero

virtus imbecilla fuerit, glā de est vtēdū, nisi aluus sua sponte probe deiecerit.

Rursus & hoc in loco remediorum indicationem ab affectu corporis accepit, simulq; virtutem considerauit. neq; tanq; remediorum vsum aliqñ indicātem, sed tanq; ꝓrio indicantem modo interdum aūt & prohibentem. Non. n. quod æger valida sit virtute, ob id clysmate est opus, sed clysmatis indicatio ex ventris desumitur affectu. Si vero virtus valida fuerit, vacuationi non reclamat: quæ si imbecilla est, vacuationem ipsam inhibet. Sed rursus ad Hippocratis consuetudinem conuerte animum, qui in talibus aliqñ de sola agit virtute, sicut in antedicta uidere est dictione, sed interdum adijcit ætatē. Præcipu⁹ siquidem est uirtutis scopus. sed ad notitiam eius confert ēt ætatis cognitio, cito quidem in pueris laborante pp copiam effluuij uirtute in ætate uero florentibus abunde sufficiente. Cæterum qūo in pueris corporis substantia tum mollis tum humida præci

pua exolutionis uiriũ cã efficitur: sic & in regionibus & anni tpibus res hʒ. Nempe horum caliditas uelociter confestimq; uirtutem uacuationis quantitate soluit, iure igitur Hippocrates ex uirtute interdum sola distinctionum huiusmodi doctrinam efficit. interduʒ & quippiam ex alijs adijcit, una cum ipsis & cætera cōmemorans. 46.

Tēpus aũt dandæ sorbitionis, tum ꝑ initia, tum per oēm morbi decursum, hoc maxime seruare oportet. Nã si pedes frigidi fuerint, nō a sorbitione mō, verū quoq; & maxime a potu temperãdum. At cum caliditas ad pedes descẽderit, tunc dare expedit. Sane tempus valere admodum putandũ cum in morbis oĩbus, tum pręcipue in acutis, & potissimũ quibus febris vehementior suberit, periculumq; summum.

Quomodo dixi vnum quideʒ esse alimoniæ scopum custodiam virtutis,

necessario autez simul morbi affectionem contemplandam esse. ita cibi offerendi tempus ex morbo non prohibente inuenitur. Quantum siquidem ex primo virtutis scopo est, interdum & per accessionum initia alimoniȩ existit necessitas, sicuti & in sanis, vbi primum in naturalibus euacuationibus quis ob educationis virium focillatricis necessitatē probe laborat. Sed quoniam in accessionum tum principiis, tum incrementis ingesta alimonia lædere admodum nata sit, ob id differimus ipsius exhibitionem, quāq; corpus ipsum iamiam indigere videatur. Quodnam igitur optimum languentibus ipsis dandæ alimoniæ tempus? Sane cum moderatissime habuerint, tum thorax, tum venter: deterrimum vero, cum ea deterrime habuerint. Deterrime autem habent in accessionum principijs: moderatissime vero in declinationibus. Constat igitur optimum cibi ministrandi tempus in ægrotantium declinationibus esse. Accessionis

autem principium fit calore omni toto ex corpore ad cor, thoracemq; concurrente: incrementum, cuz paulatim ad extremas corporis partes sese expãdit. Status, cum ex æquo corpus totuz occupat. Verum declinatio contrariũ principio modum habet, perspirante scilicet caliditate, atq; medium corporis relinquente, quod vno ostẽdit verbo, inquiens. (Cum ad pedes calor descenderit.) Neq; enim idez est calidos ex frigidis fieri pedes, & caliditatem in eos transire. Nam descendere cõmutationem caliditatis ex alia parte in aliã manifestat. Fieri autem potest, vt pedes calfiant, manente in corporis medio caliditate, quod in vigore ipso cõtingit.

45.

In primis autem & maxime cremore, deinde ptisana vteris, præscriptis coniecturis diligenter attentus.

Postea q; Hippocrates prędixit qñ potu solo regere ægrotantes oporteat, & quando ptisana: nunc quando cre

more ſolo, & quādo ptiſana ipſa vten-
dum ſit, diſtinguit, breui quidem & cō-
ſpicua diſtinctione. Nempe ad conie-
cturas quas recenſuit, animum con-
uertens, quiſnam ex languentibus pti-
ſana vti poſſit, comperies: ſic tamē vt
a cremore ipſo exorſus, ad ipſam ſen-
ſim paulatimq; ſe transferas. Dico au-
tem ſenſim paulatimq;, vt primum qui-
dem ſolo vtaris cremore, deinde cre-
moris quidem plus exhibeas, ptiſanæ
autem exiguum: deinceps æqualiter
vtrunq;, mox ptiſanæ plus, atq; tan-
dem eam ſolā: ſciens ptiſanam ipſam
ad corporis nutrimentum virtutiſq; ro-
bur exuberare, cremorem autem ad
concoctionem confectionemq; facilē
eſſe. Cum igitur morbi conditionem
virtutiſq; robur vergere ad meliꝰ vide-
ris, auge & tu ptiſanæ oblationem.

Primi Commentarij Finis.

GALENI IN LIBRVM HIPPOCRATIS de victus ratione in Morbis acutis, Cōmentarius Secūdus. Ioāne Vasseo Meldensi interprete.



Ateris dolorem siue is ꝑ exordia fuerit, siue postea obortus sit, tentare calidis fomentis dissoluere, non abs re existit.

Quod a me sæpius est enunciatū, ad memoriam & nunc id reuocare est melius. Nempe quod exponuntur explananturq; quæ obscuritatem habēt dictiones, neq; tamen expositores id tantūmodo in commentarijs faciunt, verum quoq; & ea quæ dicuntur in libris in quos cōmentaria parant, astruunt & demonstrant. Ob eum igitr morem cogor ego, & his consentire quos

non probo, atq; vt plurimum ad ea q̃ explicatione egent, sententiam meã prodere, & efferre. Neq; tamen eorum quæ in huiusmodi commẽtarijs vera mihi apparent demonstrationes scribo, vtpote qui de his peculiariter in eorum vnoquoq; scripserim: sed solas earum quæ cæteris in tractationibus demonstratę sunt rerum summas ad memoriam reuoco: quod & hoc loco in mentione doloris sum facturus. Ergo quod dolor in sensibilibus fiat corporibus, cũ ea ipsa in id quod præter naturam est, subito simulq; transmutantur, diximus & in libro de Elementis ſm Hippocratis mentem, & in eo quẽ de symptomatum causis fecimus. Prę terea & quonam pacto transmutatio ea bifariam fiat, corporib⁹ huiusmodi al's tum subito simulq;, tum violenter ſm qualitatem alterascentibus, al's vnitatis dissolutione. Alterantur aũt subito simulq; ab efficientibus qualitatib⁹ cum & calfiunt, & refrigerantur, & siccantur, & humectantur. Veruz vnitas

dissoluitur corrumpiturq́;, vbi corpora illa vel distenduntur, vel comprimuntur. Ad hunc igitur modum dolor lateris in pleuriticis affectibus, de quib⁹ agit Hippocrates, ortū hꝫ. Nam phlegmone illis in locis præ caloris qui præter naturam est copia, partes eas quæ phlegmone obsidentur, per distemperantiam contristat, & repletione distendit. Primo autez auxilio si doloris vel sanari, vel mitigari, fomētis calidis possit, tentandum præcipit Hippocrates Nempe fomenta calida cutim ipsam ad perspiratiōes rariorē efficere phlegmonesq́; sanguinem tum tenuare, tū per halitum digerere consueuerunt. Quæ si facta fuerint, non solum sanguinis aliqd euacuabitur, veꝝ quoq; & affectæ quæ minus distendunt partes, mitius exinde, & mansuetius dolebunt. At cum sanguis in phlegmone non diminuitur, vel etiam spiritus vaporosus ex calore generatur, tunc dolorem augeri contingit. Sanguis autez non diminuitur ꝑpter eam quæ in to

to corpore est, humoruʒ redundantiã. Nam pars quę calore afficitur, plus trahit q̃; euaporet. Nempe quæ calfaciunt, suapte natura hæc vt quod vicinis continetur partibus digerunt, sic & quod redundat ex propinquis trahũt. Cum igitur fomenta calida dolorem non soluerint, corpus totuʒ insigni aliqua vacuatione prȩuacuabis. Vacuatio autem ĩsignis in morbis acutis, aut per ventrem, aut per venæ sectionem fit. Quarum alteram adsumi præcipit Hippocrates, scoposq́; eius quæ p̃sidio magis esse possit edocet. Summa ergo præsentis narrationis hæc est. Verum quæ particulatim ab eo dicũtur, & quæ multis tum obscura, tum ambigua existunt, in sequentibus explanabo. Multis dixi: qm̃ his qui sese in dictionibus antiquis intelligendis exercuerunt, pauca omnino obscura sunt. At in hisce cõmentariis intentionem non eo tantum dirigimus. 2.

Fomentorum calidorum probatissimum est

mum est aqua calida, vel in vtre, vel in vesica, vel in vasculo, aut æneo, aut testaceo posita.

Fométa calida proculdubio vocat, quæ corpus quouis modo calfaciunt. Quoruȝ alia prorsus humida, alia sicca, & alia ex vtrisq; mixta. Mordentia præterea alia, & alia mordendi facultate carentia, & ex his commixta tertia. Primum igitur horum genus, cuius in dictione meminit, morsu caret, atq; humidum existit. Secundum ex vtrisque sicco & humido, mordéti & morsu priuato commixtum est. Tertium aūt siccum quideȝ, sed vel mordens vel morsu carens. Qđ si & affectiones q̄ vnoquoq; dictorum generum egent recẽsuissent, orõnem profecto suam tanto perfectioreȝ melioremq;, quanto & legentibus ipsis vtiliorem fecisset. Sed qꝛ non recensuit, propterea neq; id recensere necessarium erit nobis qui doctrinam alterius explanamus, non nr̃am persequimur. At vero qm̃ partes meæ

ſunt ꝯ q̄ expoſitores cęteri agere,(Nē pe illi ſuis in enarrationibus ſophiſticas quæ diſcentes ipſos ad finem artis nullo pacto iuuare poſſint, ſuperſeminant q̄ōnes: ego aūt ſemper quæ commodiſſima ſunt proſequi molior) ob id & nunc doctrinæ Hippocratis prætermiſſa quidẽ ab eo: ſed quę toti ſententiæ dogmatiſq; atq; vniuerſalibus præcęptis quodam accedunt ꝯſequio adijcere non cunctabor. Quana; igr̄ rōne fotus oīs doloribus ſępiuſcule ad iumento ſit, prius dictum eſt. Dictum quoq; & de his eſt doloribus qui a fotu nullo pacto, niſi prius vacuato vniuerſo, corpore iuuantur. Verum cum hæc fotibus oībus cōia ſint, humidi q dem phlegmonis his q̄ a bilioſiore ſucco factæ ſunt, opitulantur. Sicci vero his quę a tenui aquoſoq; ſanguine exortæ ſunt. Perpetuo ſiquidem ꝯria ꝯriorū eſſe remedia meminiſſe opꝫ. hoc igitur ſcopo fotus morſu carentes aduerſus mordētes ſuccos proſunt. Mordentes vero ꝙ tenuent, ꝯ craſſos viſco

ſoſq; valent humores. Eam ob rem qſ-
nam in ea quæ phlegmone obſidetur
parte euincat humor obſuabis, ab his
quæ retuli auſpicatus. ætate. ſ. laboran
tis, nāli temperatura, anni tpibus, locis,
& vita antecedēte: & ſi phlegmone vi
deatur, ex his quæ ipſi tum in colore
tum in magnitudine, tum in duritie, tū
in mollitie, contigerunt. Et ſi pleuritidē
vel peripneumoniaȝ curaueris, ex his
quæ ſpuendo excernuntur. Veꝝ cum
præfata oīs dignotio coniecturalis ſit
& non ſcientifica, non certa comperta
que, præſertim vbi in corporis imo ſita
ſit, quæ dolore afficitur particula, ab
his inchoare te opȝ, quæ quam cætera
magis auxio eſſe tibi videbuntur. Qđ
ſi nihil præſidij tuleris, ad alia ēt te trāſ
ſere conueniet. Dolore aūt non ſedato
ad aliam totius corporis accede eua-
cuationem. Videtur ergo Hippocrates
ab eo incępiſſe, fotu, qui periculo om-
ni vacat. Is aūt eſt qui minime mordet
humiduſq; exiſtit. Nempe tametſi ni-
hil aduerſus malum fecerit, non tñ ma

gnum, & insigne adferet detrimentuꝫ. Ceterum fotus qui ex aceto vel orobo vel sale fiunt, nisi propitiam conueniẽtemq; consequantur affectionem, non solum non salutares erunt, veruꝫ quoque & malum augebunt, vtpote qui fortẽ efficacemq; habeãt facultatẽ. 3.

Verum prius molle quippiam lateri vt & mitior & iucundior fotus fiat, supponere oportet.

Postea q̃; in vtre vel vesica, vel vasculo aut æneo aut testaceo positam aquam lateri exhiberi præcępit, hac in dictione prius molle aliquid supponi his quæ lateri tum quadrare tum cohęrere dẽant, vt nullo pacto angat, prorsusq; iucunda sit eorum quæ exibentur applicatio præcipit Hippocrates. Cuiusmodi fuerit lana mollis, vel linteum multiplex, vel quippiam eoruꝫ quæ tum tenera tum mollia existunt. Sed paulo post de eo qui per spongiã fit fotu agens, nihil supponi iubet. 4.

Vtilis aũt & spongię mollis magnę

que atq; ex aqua calida expressæ applicatio. Sed fomentum linteo vestiendum, vt vis eius plusculo sufficiat tpe permaneatq;. atq; simul ne halitus ad laborantis spiritũ feratur. nisi forsan & id prodesse aliquando videatur. nempe interdum prodest.

Cætera quidem quę in dictione cõtinentur liquida manifestaq; existunt, sed de halitu est discutiendum. qui & lædit & cõtristat, non spirandi difficultatem caloris incremento solum proritãs: sed pulmonis angustiam, qua ob replentem qui humid⁹ est halitum afficitur. Solis igr̃ laterum doloribus tũ siccis tum quibus nihil expuitur, idonea est halitus inspiratio, plus auxilij q̃ noxæ adferens. hoc igr̃ in loco scriptum est primum fotus genus. Mox ad fm̃ sese conferens inquit. 5.

Pręterea & hordeum & eruum in aceto ita diluto vt paulo acidius sit, quam vt quis bibere possit, madefacta

perfusaq́; & feruefacta atq; in sacculos coniecta lateri apponuntur, atque ad hunc modum furfur.

Hordeum eruũq; non semina quæ integra sint, ex aceto & aqua excoquere pręcipit, sed prius concisa comminutaq; . constatq; Hippocratem velle id ex verbo hoc διέντα. (διίημι siquidẽ madefacio & perfundo significat) atq; aliter ex actione ipsa certior fies. Nempe hoc pacto tum blandior tum efficacior erit fotus. furfur deniq; & hoc pacto parare præcipit. fotus autem huiusmodi priore efficacior virtute aceti redditur. Q ō si & ex orobo paretur, conferet sane & is non parum. Nẽpe eruũ crassos humores tum secare, tum conficere, tum euaporare potest. atq; ob id fotibus huiusmodi vtemur vbi crassos viscososq́; humores in ea quæ phlegmone obsidetur parte collectos suspicabimur. Tibi aũt sane id constabit ex antecedẽte victu si humores huiusmodi produxerit, anni tpibus, & locis, &

ætate. Præterea & si beneuoli hi mansuetiq; quos prius memorauimus, fotus nihil præsidij attulerint. Nam vbi de corporis totius repletione distinxeris, cum videlicet neq; huius notæ apparuerint, neq; beneuoli mitesq; hi fotus quippiam iuuerint, succorum existimabis crassitiem, quę in halitum soluitur, flatuosumq; spiritum, qui ob denegatum exitum contristat grauatq;. Flatum ergo hunc patientesq; ipsum humores, pręfati discutiunt fotus, & potissimum qui ex eruo parantur. Praterea & sermonem percurrens Hippocrates, manifeste simul & optime metricā aceti ad aquam temperaturam memorauit. Nempe acetum ita dilutum esse oportere inquit, vt paulo acidius sit, q̄; vt quispiam biberit, vt. s. & acrius ob mordendi facultatem, & aquosius ꝓpter operationis ignauitatem vitem⁹. In incidendis igitur atq; per alitum digerendis tum crassioribus tum viscosioribus succis aquoso oxycrato congruētius fuerit. quod acrius. Sed qm̄ medi-

camenta huiusmodi non tolerant quę phlegmone obsidentur partes, ob id mediam vtriusque exuperantię temperiē fecit. Hoc tibi sit s̄m fotuū quos ab initio trifariā separauimus, genus. 6.

Siccis ex fomentis maxime conueniunt quæ ex sale milioq́; frictis torrefactisq́; atq; in sacculis cōclusis parātur. Leue si quidem quippiam & beneuolum iucundumq́; est milium.

Cū de sale & milio agit Hippocrates, ad tertium fotuum quos ab initio distinximus, genus sese trāsfert. Est autem communis vtriq; siccitas: sali vero peculiariter inest siccitas. Milium autem morsu caret. 7.

Fomentum hmōi, & dolores ad claniculā humerumq́; pertinentes soluit.

Ex adiectione huius cōiunctionis, & ostendit & dolores alios soluere, vt pote eos q ad hypochōdria ptinēt. 8.

Sectio aūt non similiter tollit dolorē, nisi is ad clauiculam pertingat.

Sectio, inquit, venæ ſcilicet, quam non ſimiliter ſoluere inquiens, auxiliari & ipſam non negauit. Sed de huiuſmodi auxilio, in ſequentibus fuſius latiuſq; ſcribit. 9.

Vero ſi fomētis dolor nō placetur, nō diutius calefacito. ſicut enī id pulmones, atq; ad ſuppurationem excitat.

Fomenta varia, alia quidem humida, alia ſicca, & alia mordentia, aliaq́; mordacitate carentia vbi percurreris, ſi ab horum experientia dolor non leuetur, totum corpus vacuabis a fomentis deſiſtens. cum pulmonem exiccēt, & ſuppurationem excitent. Fit autem ſuppuratio hmōi, lateris inflāmatione non exhalante, ſed in pus tranſeunte. mox pure ipſo in mediā thoracis pulmoniſq́; regionem confluente. 10.

Si vero dolor ad claviculā petigerit, aut moleſta ſit vel brachio, vel mammæ, vel partibus ſepto tranſuerſo ſuperioribus grauitas, internam cubiti ve-

nam secare expedit, neq; vt copiose san guis detrahatur, est cunctandum, sed eousq; auferendus donec rubidior mul to vel pro puro rubidoq; liuidus flu- xerit. Nam vtrūq; contingit.

Pro eoꝝ qui inflāmationem pariūt humoꝝ vergentia inclinationeq;, va- cuationes facit Hippocrates, Nempe quod dī. (Quo natura vergit, per lo- ca cōferentia eo ducere. Id verissimū existit. Contingit autem interdum id ob differentiam partium eius quæ co stas succingit mēbranæ. Nempe supe riores ipsius partes cum inflāmantur, ad humerum brachiumq; & māmam condolentiam extendunt. Inferiores vero ad septum transuersum & hypo- chondrium. Cum igitur superioꝝ con dolentia signum fecerit, venam in cu- bito secare eam op3 quæ sanguinem ab affecta parte & magis & velocius tum reuellere tum vacuare possit. ve- rum si partibus infernis affectus ꝯsen serit, purgatione vacuare expedit. Re-

cte autem grauitatem circa brachium esse & non dolorem dixit. Nempe q̃d hoc in loco sanguis magis aceruetur, repatq; , signum est grauitas quæ ex multitudine fit. Tensiones autem & in sola affectus participatione fieri consueuerunt. cũ videlicet partes his quæ inflámantur attiguæ citra sanguinis redundantiam tenduntur. Ob id igitur sanguinem redundantem secta interna vena vacuandum præcipit. Sunt ãt in interno cubiti articulo plures quas secare consueuimus venæ, de quibus abunde quidem in anatomicarum tractationum tertio, atq; in alio libro qui seorsum de venarum arteriarumq; sectione scriptus est, diximus: sed in præsentiarum de ipsis summatim agemus ab initio ducentes orationem. Vena caua ex gibba hepatis sursum ad dextram cordis aurem sanguinem deferens, partibus quidem interiacentibus exiguum ipsi⁹ distribuit, sed cordi ipsi plurimum elargitur. Deinde ab eo tan quã ab initio progressa ad collum re-

cto festinat tramite, atq; in duas rectas scinditur in thoracis parte venas, easq; insignes quas iugulares vocant. ꝑpagantur autem ab ipsa prius q̄; ad cor ipsum pertingat īsignes quidem venę ad septum transuersum: paruæ autē ad inferiorē thoracis ꝑtem quæ octo costis constat, contendentes. Pars aūt hæc ab vna quæ coniugio caret nutritur vena, quæ in quibusdam animantibus supra cor adnascitur. in cęteris vero vt in hoībus ex ea emergit ꝑte, qua iam cordis aurem vena caua tangit: hinc siquidem emergens, humilius depressiusq; per cor defertur atq; in spinā contorquetur. Vena igitur q̄ ad inferiorem thoracis ꝑtem defertur, vtrinq; costis octo ád septum vsq; transuersū distribuitur. Cæteræ autem sublimiores thoracis costæ quatuor ab alio venarū nutriuntur coniugio. quod a vena caua propagatur prius q̄; ea in iugulares scindatur. Ab his igitur duabꝰ venis deinceps sunt quæ ad manus ꝑ axillas pertingunt. Verum quę hume

rariæ appellantur, ab ipſa caua poſtea q̄; in iugularias fiſſa eſt, vtrinq; vna iā thoracem extra progignũtur, hñtq; radices his quę in ſuperficie extant iugularijs cōes. A iugularijs ſiquidem quæ in ſuperficie extāt vt ptes fere omnes tum collitum capitis in ſuperficie cōſtitutæ nutriuntur: ſic & a iugularijs altius ꝓfundiuſq; latentibus partes oēs altius profundiuſq; latentes ali cōtingit. Veꝝ quę circa ſcapulas atq; in collo dorſali exiſtunt loca, venas habent quæ ex inferioribus p̄fatæ radicis cōis partibus ad ipſas aſcendunt. Cōem dico radicem quam proxime dixi & his quæ in ſuperficie conſtitutę ſunt iugularijs & humerarijs cōem eſſe. Non imerito igitur humeraria ſuperiores clauicularum partes, eaſq; quæ & in collo & capite exiſtunt, tum magis tũ velocius euacuat. Axillaria vero thoracis ptes & magis eas quæ in ſublimi ſitæ ſunt, p̄ſertimq; in hoīb⁹ ipſis. Nempe infernas demiſſaſq; oēs vena vna altera nutrit quæ ſub corde a vena caua

ꝓcedit. Ex ſiniſtra autem parte venæ illius quæ infernas thoracis partes alit, atq; ad coſtarum radices prona fertur, aduſq; ſeptuꝫ tranſuerſum ſingulis intercoſtalibus ſpatijs tum ſiniſtris tum dextris rami diſtribuũtur. Verum qđ reliquum ex ea eſt, ſeptũ tranſuerſum penetrat, primiſq; ab eo corporibus diſpenſatur. Cæterum quæ ꝑ axillas ad manus feruntur venæ, proximas his quæ ſublimes thoracis alunt partes, radices hñt. ſuntq; q̃; quæ per humerum ad manus contendũt, longe maiores. aſcendunt autem ad ĩternam brachij vtriuſq;: atq; cum per ipſam prone feruntur, muſculis ipſis q inibi ſitum habent, notabiles diſpenſant ramos. Verum cuꝫ ad cubiti articulum prope venerint, venas brachij internas ad ipſiꝰ cubiti oſſis nodũ qui hic poſitum hꝫ, producunt quicqd vero reliquum eſt, bifarium ſciſſum diuiſumq; per cubiti flexum defertur, parte ea quæ in ſupſicie conſtituitur, venam eam quę in eo cubiti flexu ſecatur efficiente: penitio

re vero eam quæ cum arteria diuidit. Secatur quoq; & vena alia in cubito obliqua, veluti & ea quę in vtraq; manu vna est humerarię non exigua portio, Nempe & humeraria ipsa per brachium subter cutem ꝯspicue ꝑcurrens, in ipso cubiti articulo qua sublimiores extant ptes, figurata.s.vt Hippocrates in libro de mẽbris fractis manu, diuiditur. Quæ igitur sublimior venæ ipsius a fissura portio per externa cubiti loca defertur, ea post fissuram ipsam secatur, qua primæ venæ radici edirecto maxime respondet. Eam ob cãm & sublimiora clauicularum loca citissime euacuat. Portio autem quæ in cubiti flexum obliq; fertur, minus qdem ea sed cæteris magis eas euacuat ptes. Pars vero quæ ab interna notabili vena oblique etiam fertur, minime quidem præfatas vacuat partes: veꝝ maxime thoracis supiora, qꝫ radices tum eius quæ per axillam ad manum fert, tum eius quæ superiores thoracis alit partes vicinæ admodum existant. Se-

care igitur hanc iubet Hippocrates pri us q̄; venæ quæ ex humerariæ fissura prouenit, præsens sit, inferaturq;. Quę si aliqñ non comparuerit, vice huius secamus aliquam ex internis quas recta in os cubiti sidere mergiq; didicimus. Q̄ð si & eæ non comparuerint, accedimus ad eam quæ ex præfatarū duarum venaruz obliquarum insitione progignitur. Verum & cum ea iterdum non apparere possit, humeraria apparente, seca humerariam. qui scilicet vacuationes ab vniuerso animalium corpore fieri noueris, quăq̄; neq; celeriter, neq; similiter ex vena omni fiant. Nos vero ptem eam quæ phlegmone obsidetur, tum celeriter tum q̄; cæteras partes magis in acutis p̄sertim morbis vacuare contendimus. Quod sane interna cubiti vena facit multoq; magis vbi sanguinis redundantia ad superiora vergere videať, aut superiores thoracis partes affectę sint. Nempe in eo malo tum brachiuz tum mām̄a grauari solent. Verum quę partes tho-

racis inferiores prope ſeptum tranſuer ſum infeſtant phlegmonæ, non abs re dolorem ad hypochondrium tranſmittunt. Quo fit vt dolores hmōi non ad modum iuuet quę in cubito fit vacuatio, corde. ſ. medium occupante. Nempe venam quæ inferiores thoracis alit partes ſub corde emergere audiuiſti. dicta quidem mihi hęc ſunt ſuper eo qđ ab Hippocrate bene ſcriptum eſt de ſecanda. ſ. interna cubiti vena. Sed ꝙ vacuandi ſanguinis terminuꝫ coloris mutationem poſuerit, deinceps eſt diſſerendum. Quicquid ergo ſanguinis in phlegmone continetur, id caloris abūdantia colore permutatur. Reliquum aūt in partibus oībus ſimile manet. Eā ob cām ſanguine qui in totum ſpargitur corpus pituoſiore exiſtente, rubicūdior ſane erit qui in eo quod phlegmone obſidetur latere continetur. Qđ ſi ſanguis in corpus tutum diffuſus, rubidus fuerit, is proculdubio qui ad phlegmonem eſt aduſtus aſſatuſq;, in nigruꝫ permutabitur. Liuidus aūt in ea quæ

fit a rubido ad nigruz transmutatione medium obtinet. Coloris igitur mutatio sanguinis ex particula inflammata translationez sufficienter cõmonstrat. Vacuationis igitur modum mensurãque quę affectui peculiaris sit, diximus. Sed cum interdum virtus tm̃ vacuare prohibeat, parti ipsi quæ phlegmone obsessa est minus quidem futurum auxilium scire opz. Quo fit vt non virtutem exoluere melius sit, q̃ sanguinem vacuare redundantem. II.

Si vero eas quæ sub septo transuerso sunt partes dolor infestat, nullumq́; ad clauiculam signum fecerit: ventrem vel nigro veratro, vel peplio mollire oportet. Sed veratro nigro vel daucũ vel seseli, vel cyminũ, vel anisum, vel aliud quippiam boni odoris miscebis. Peplio vero silphij succum, quanq̃ & hęc inter se mixta non dissimiliter agant. Cæterum veratrum nigrum tum melius tum

d iudicationem iuuātius quam pepliū
entrem ſoluit, ſed peplium flatum ma
is excutit, Dolorē præterea ambo hęc
edant. Sedāt quoq; & alia quæ expur
rant medicamenta. Verum oīum quæ
ouerim viderimq́;, hæc potiſſima exi-
ſtunt. Nempe & quæ in ſorbitionibus
dantur purgantia medicamenta ſolue-
re poſſunt quæcunq; .ſ. non valde in-
ſuauia exiſtunt, vel pp amaritudinem,
vel aliā quāpiā iniucunditatē vel q̄ti-
tatē, vel colorē, vel ſuſpitionē aliquā.

Qđ medicamenta ꝑpurgantia per
experientiam inueniantur, & quoſnā
expurgent humores, & ſi oīno purgēt,
in libris de ſimplicium medicamento
rum viribus didiciſti. Qđ vero purga
tionis neceſſitas ſit, ſi redundantes hu-
mores deorſum repant, eſt quoq; ratio
ne ſcitu aīaduerſumq́;: ſed id teſtimo-
nium ratamq; fidem ab experimentis
hꝫ. Edocuit aūt Hippocrates facultatē

medicamentorum quæ in hmõi affe-
ctibus propinat. veratrum quidem ni-
grum κρισιμώτερα, id est ad iudicatio
nem iuuantius vacuare, peplium vero
flatus magis excutere affirmans. Quę
aũt ab Hippocrate κρισιμώτερα, id est
ad crisim iuuantiora dñr, ea morbi iu-
dicium faciunt magis. quod facultate
verbo huic ὠφελιμώτερα, id est iuuan
tiora idem existit'. At cum purgantia
oĩa medicamenta ventrem, presertim
que os ipsius ꝙ maxime tum neruo-
sum tuʒ sensile existat, affligant lædãt
que, ob id eorum quæ boni sunt odo-
ris mixtio excogitata est, ne sola synce
raq; purgantium medicamentoruʒ vir
tus os ventris tangat. Permixta quoq;
inter se tũ pepliũ tum helleborũ ὁμοιό-
τροπα, id est modi similis eẽ ait, quod
est facultatibus conuenire, & in nullo
controuersa esse. Nam & in purgantiũ
medicamentorum permixtione con-
trouersia est, non qñ aliud quidem bi
lis aliud vero pituitæ excretorium fue
rit, (Nam eodem tpe vacuari tum bi-

lis tum pituita pn̄t) sed qn̄ aliud quidem protinus, aliud vero longo a propinatione tpe purgationem mouere natum sit. Nempe hoc pacto inæqualis eoruȝ quæ simul ingesta sunt fit vacuatio. inæqualem dico cum iam altera quidem desinere, altera vero incipere videatur. Nempe qđ citius purgare consueuit medicamentū, id & ex alio quippiaȝ simul vacuat. Quo fit vt qđ exiguum ipsius relinquitur, imbecillius reddatur, & longe tardius suā inchoet purgationem. Præfinita igitur vacuationis lege simile est helleboro pepliū, pōtq; helleboro similiter nigrum subducere humorem. Cætera tum dictionis huius tum sequentium patent. Cōsiderare igitur hæc atq; in memoria tenere nos opȝ, sed nō perpetuo in pleuriticis vti debemus, ad memoriam reuocantes Aphorismum illum vbi dr̄, (In acutis morbis raro & in principijs, purgātibus medicamētis est vtendū.) Vbi igr̄ (inquit) nō solum acutus morbus fuerit, cuiusmodi est pleuritis, verū

& cum febre vehementissima multo magis vitanda est purgantis medicamenti administratio,atq; per sectionez venæ vacuandum magis, ét si ad hypochondrium dolor finiatur. Nempe & si minus quidem auxilium q̄; p purgationem sequatur, securius tñ multo existit. Imo nullum ex eo quod p venæ sectionem fit,periculuz impendet, eo discrimen maximum subeunte q̄d per purgationez tentatur: & potissimū si laborantis nām expertus quis non fuerit. Népe alij difficulter natura purgantur. alij modico adsumpto medicamento purgātur copiose. Quibus igr̄ dare quadrabit,his medicamenti tantum propina quantum in plurimis mediocriter vacuari tum nouisti tuz sis expertus. Si.n.hoīs naturam nō noueris, metus ē ne plus iusto vacues, vel nullo pacto vacuationem moueas: aut si moueris,non tamē sufficienter vacues. Quę omnia magnas in morbis acutis pariunt offensas. quod non facile vt in his qui non febricitant emendatur. Cū

igitur febris vehemens non fuerit, naturamq; laborátis: expertus fueris, ad medicamenti purgantis potum te con feres, his quæ ab Hippocrate dicta sūt, vel ét alijs similis naturæ vsus. Quo é numero est quod ex colocynthide pa ratur medicamentū. quod iam ex vsu hieram vocant. Id sane varijs parant modis: sed quod helleborū accipit scā moniamq; non hét, id his qui medica men subductorium omnino adsumere possunt, omptimum est. 12.

Vbi aūt quis medicamentum ebibit, ptisanam protinus sorbendā dato: neq; īsigniter minore quā cōsuetū ē q̄titate,

Et maxime quidem ventris ori qđ & stomachum vocant, vt in ipsis purgantium medicamentorum potibus, illæsum maneat, consulere op3. presertimq; vbi febrientibus tale quippiam propinatur. Ve℞ præcipua ne offendatur, cautio est, si medicamentum qđ ꝓ pinatur, purum non sit: sed cum alijs quæ malitiā ipsius hebetare nata sunt

temperamentum mixtumq;. Nempe purgantium oĩum medicamentoꝝ natura, corpoꝝ quę expurgantur naturis ɔ̃ria est, atq; vt quispiaʒ dixerit, letalis, & deleteria, id est pestilens: vt aũt succi papaueris, mandragoræq; & hyoscyami, atq; alioꝝ hmõi multorum quę nobis & substantia & viribus aduersa corpus perimere nata sunt, portioneʒ exiguam adsumentes, magnam percipimus cõmoditatem: sic & purgantium medicamentoꝝ quorum nã corporibus nostris aduersa est, exiguaʒ aliquã partem præcidentes ad suppetias ferẽdas vtimur. Quo item mõ in hoꝝ medicamentorum potu seminum aliqua quæ boni sint odoris miscemus, quę & malitiam obtundere nata sint, & operationem ipsoꝝ non prohibeant, tenuentq; ita incidantq; vt & crassos incidãt humores, & vias quibus vacuatio fiat, aperiant patefaciantq;: sic & a sumpto medicamento ptisanam sorbere confert. Nempe purgans medicamentum ipsum tanq̃; exiguum ad ventris qui-

dem fundum peruenit: verum dum transit, stomachus & quæcunq; ventris sublimior pars non qualitatē medicamenti purgantis mō, veꝝ & substātiæ, quæ in trāsitu hæret aliquid adsumens, vehementer lædit. Ptisanæ igit cremor supigestus cōmoditatē affert: nēpe & detergere, & deorsum trahere, qđ viæ adhæret, & q̄litatē medicamēti, qđ his adhęret ptibus, tū temperare, tum pmutare pōt. Ob eas igitur causas a purgātis medicamēti potu, ptisanā supsorberi præcipit: sed vbi purgatio cœpit, ab ea vult abstinendū, purgantis medicamenti operationē exolui veritus: Atq; ob eam rem ait. 13.

Et q̄m ab re non est, purgatione in media sorbitionem dare non conducit. At vbi purgatio desierit, tunc sorbitio detur, sed consueta minor: deinde liberalius ppetuò exhibeatur, si & dolor cessauerit, & nihil aliud obicē fecerit.

Contra q̄; pleriq; huius tpis medici,

rem hanc docuit Hippocrates. Nempe hi vbi vacuauerunt, copiose nutriunt. Hippocrates vero a purgatiōe ptisanæ minus ministrari iubet. Nam corporum quæ expurgata sunt, natura ex purgatiōe agitata, labefactataq;, tolerare alimonia non potest: neq; probe eā conficere nisi oīno pauca fuerit. Purgatis igitur tm̄ cremoris prima die exhibendu3, q̄;tum domare possint. Deīde paulatim, sensimq; adaugere oportet, si & dolor, vt inquit, cessauerit, & nihil aliud prohibuerit. Quod de dolore ait, est manifestum: sed nihil aliud prohibere ad præfatas referre oportet, si intelligere volueris, distinctiones, in quibus demonstrauit quona3 pacto morbis acutis laborantes absq; sorbitionibus regere oporteat. Summa vero hoꝝ est, cum vel morbum ante iudicationem nulla sorbitione indigere sperabimus, vel in qbus summa est q̄ phlegmonem facit cruditas. 14.

Sermo autem mihi idem est, si & ptisanæ cremore vtendum sit.

Tempus exhibendorum tum ptisanæ, tum cremoris ipsius, & antea simile esse demonstrauit: re vna dūtaxat dñiam hoꝝ definiens: nempe a cremore principium exhibitionis facit. 15.

Melius siquidē eē dico, vt protinus à morbi initio sorbere īcipias, q̄ inanitis vacuatisq; venis vel die tertio, vel quarto, vel qnto, vel sexto, vel. vij. si ante hoc tēpus morbus haudquaq̄ iudicatus fuerit, sorbitionem inchoare.

Quod in aphorismis scripsit Hippocrates, id & impræsentiarum perseqtur, in morbi omnis vigore tenuissimo vtenduз victu præcipiens. Si igitur qnta die morbi vigor futurus sit, & æger solo vsus potu sufficere non possit, melius esse ait, si protinus ab initio ptisanā dederis, & neq; tertio die, neq; quarto, sorbitionem inchoaueris. Sic sane & eos, qui vel quinto, vel sexto, vel septimo sorbitionem inchoant, falli, circūueniriq;, si ante hoc tp̄s morbus non

fuerit iudicatus. Per iudicationem itel ligo, vt dixi, non perfectā morbi mutationem solum, verū quoq; & effatu dignam transmutationem. 16.

Præparationes aūt & his tales fiant, quales dictæ sunt. De sorbitionis igitur exhibitione ita sentio.

Et quibus ab initio sorbitionem daturus sis, præparationem illi fieri præcipit. Id est, siue sectionis venæ, siue clysmatis, siue balani necessitas fuerit, illud ante faciendum iubet. 17.

De potu quoq; qualemcunq; ex declarandis potaturus quispiam sit, eadē omnino mihi est ratio.

Si laborantē potu solo citra ptisanę sorbitionem rexeris, præfatas quoq; præparationes te facere iubet: id est, aut venam secare, aut clysmate, vel balano vti. 18.

De consuetudinis mutatione.

Verū & medicos cōtrà oīno, q̄ oporteat agere scio. Nempe oēs, languentes

ipsos per initia morboꝝ, duos, vel tres, vel etiā plures dies inedia siccare, atq; ita tum sorbitiones, tum potus exhibere volunt, idq́; forsan quod magnæ corporis mutationi, magnam q̃piam obijcere mutationem ipsis decens esse videatur. Verū mutatio ipsa bene quidem habet non modica, sed recte transferenda venit. Iam autem & ciboꝝ exhibitio mutationis rationem maxime subit.

Medicos culpat Hippocrates, qui languentes ipsos in absoluta ciboꝝ abstinentia seruant: deinde eos protinus alij quidem ad sorbitionem, alij ad potuum ingestionem deducunt. Non tamen mentionem eorū fecit, qui cibos validiores ante morbi concoctionem ministrant. Consueuit siquidez, vt antea dixi, interdum prætermissis q̃ maxima sunt erratis, culpare minora, & eā quæ ex illis oritur demonstrare offensam. Qui aūt ita transmutant, forsan

(inquit) rationabiliter transmutare arbitrantur, in magna corporis transmutatione effatu dignam victus permutationem facientes. Quod sane bene eos existimasse ait, non tamen de trásmutatione omni, sed bene aliqua est putandum: de qua partim prædixit, & partim quippiam est dicturus, sermoni adstruens, declinandas esse repẽtinas mutationes. 19.

Maxime ergo lædentur, qui tota vtentur ptisana, nisi recte trásferãtur, lædentur quoq; & qui solo vtentur cremore, q̃q̃ minus: lædentur preterea & qui solo utentur potu, sed hi minime.

Dictam paulo ante subitam victus mutationem, qua primis diebus in absoluta ciborum abstinentia seruatos languentes circa diem quartum nutrire incipiunt, maxime quidem nocere ait, si in ptisanam totam transferãtur, minus vero si in cremorem: sed ἥκιστα, id est ἐλάχιστα, quod minimum indicat, offendi eos, q ad solos pcedũt po-

tus. Nēpe ex magnitudīe virtutis eoꝝ quæ offeruntur, magnitudo oritur offensæ. 20.

Oportet aũt & ex sanoꝝ hominum uictu disciplinam quę conferat facere. Nam si sanis quibusdam tales uel tales cibi uariare uideãtur cũ in alijs quibusdam tum in nõnullis mutationibus, quo modo & in morbis quibusdã & maxime in acutis non ualde euariabunt?

Incipit Hippocrates præfatam ab ipso de victu sñiam demonstrare, arguens vna & eos, qui contrario victuʒ instituunt modo. Sed vt dilucidus conspicuusq; reddatur sermo, summã ipsius oēm præfari melius esse mihi videtur. Est aũt earum quæ in eam rem ad sumuntur sumptionum dignitas altera vniuersalis hæc: Si bene valentibus læsionem adferant repentinæ victus ad contraria mutationes, multo magis ægrotantibus ipsis. Quod varijs etiaʒ modis possumus interpretari, aliud in

aliam transumẽtes dictionem, vt hoc pacto: In repentinis victus mutationibus q sani sunt, ægris minus læduntur. Vel sic: Aegri sanis magis læduntur. Vel ad hunc modum: Detriméta sanos minus q̃ ægros afficiunt. Generalior hæc ĩterpretatio:. Validiores minus afficiunt, imbecilliores magis detrimenta. Licet & aliter vim sermonis ĩterpretari, aut ex eo quod per se & primum vtile sit ad quod demonstratur: aut ex aliqua continentium ipsuꝫ vel dignitatum vel sumptionum. Talis quideꝫ tibi sit per se credibilis sumptionũ altera (lemmata Græci dñt.) Lemmata, id est sumptiones, vocare cõsueuit Aristoteles dignitates, vel proloquia, vel postulata. Sed alteram cui fides p experientiæ lucem accessit, deinceps audit Sanos etiam repentina victus mutatio offendit. Ex vtraq; hac sumptione concluditur, languentes a repẽtina victus mutatione lædi magis: sed multo magis qui acutis infestanť morbis. Hæc est vis sermonis. Verum Hip

pocrates

pocrates alteram ex ſumptionib⁹ per ſe tum prius, tum credibilius, protinus citra ſtructuram accipit. Alteraȝ vero his quæ ſingulatim per experientiam noſcuntur, fide donat & autoritate. Quod & ſequens declarat orõ. 21.

Atqui quod vitioſus tum cibus tum potus ſemper ſibi ſimilis ad ſanitatẽ tutior ſit, quam ſi quis ſubito ad alterum vel meliorem ſe transferat, facile diſcitur, intelligiturque.

Alteram ſumptionum earum quæ ad præſentis ſermonis demonſtrationem præſtant, nunc ex multis particularibus exemplis aſtruere incipit, fideȝ ipſius in vnam colligens ſummam q̄ talis eſt. Magnæ & repentinæ præter conſuetudinem mutationes non paruam ſanis adferunt læſionem. Quanquam ſermo hic conſpicuus ſit, tamen ſi quippiam quod explanatione indigeat intercidere videbitur, his qui exercitati non ſunt, in ſequenti ſerie explanare non cunctabor. Nempe hic com

mentarius proposito non horum mo do qui in sermonibus sunt exercitati, verum quoq; & eorum qui exercitati non sunt, tum liberalis, tū benignitatis plenus existit. Quod si quis præfatas disciplinas neq; didicerit, neque expertus fuerit, aliud quippiā agat. 22.

Nēpe tum his qui bis die comedunt, tum his qui semel, noxam imbecillitatē que pariunt repentinæ mutationes. quique prandere nō consueuerunt, & prādent, statim ægre habent, to to item corpore graues redduntur, & parum valentes & desides. Quod si supercœnauerint, alios alui læuitas exercet. Nempe ventriculus præter consuetudinem grauatur, supersiccescere consuetus non bis tumescere, neq; bis cibos coquere.

Non solum q; in repentina consuetudinis mutatione valde lædantur, verum quoq; & quænam læsiones fiāt, & quonam modo singulas emendare

oporteat scribens Hippocrates, ob id sermonem prolixum facit. qūo si dūtaxat ꝙ in repentina consuetudinis mutatione lædantur ostenderet, ob id sermo illi totus breuis foret. Prima igr̃ cōsuetudinis mutatio quam nunc exprōpsit, est de his qui prandere non assueti pransi aliqñ sunt. Ait. n. tales & ægre habere, & toto corpore graues fieri. parum item valere & desides reddi. Contingunt aūt hęc ipsis grauata ab alimēto veluti a pōdere facultate. Neq; enim ægre ea hꝫ propria rōne, veluti in cibi penuria fieri consueuit. Ob eam igitur cām hoc in loco sermoni adiecit totum corpus grauari his qui bis cibati sunt, eosq; fieri desidiosiores. Verū in assuetis prandere & non pransis imbecillitatem quidem virtutis scripsit, sed grauitem non adscripsit. Nempe & in talibus mutationibus imbecillitatur sua rōne virtus. Præterea cum desides fieri in p̄senti victus mutatione afferat, in ꝯria timidos esse dixit, quasi opus omne perosos & veluti opus aggredi veritos di

ceret. Nempe res ita hēt. Nam qui ita affecti ſunt, virtutis imbecillitatem vere ſentiunt: atque ob id eas quas ante promptius obibant, obire non audent actiones. Quinēt & his qui diminute cibantur, viſcera opinione pēdere ait, eoſq; tum calidum tum χλωρὸν, id eſt viride meiere. Calidum inquiens, id ē ſolito calidius, χλωρὸν vero, id eſt viride iuxta morem quendam Aſiaticoꝝ græcoꝝ qui & nūc obſeruāt. ὤχρους ſiquidem, id eſt pallidos quoſdam videntes, cauſaʒ cur ita χλωροὶ, id eſt virides facti ſunt interrogant. χλωρὸν & ὠχρὸν, id eſt viride & pallium nihil referre exiſtimantes. Viſumq; quendam χλωρότερον, id eſt viridiorem dicunt. ὠχρότερον, id eſt pallidiorem ita ſignificantes. Eſt aūt ὠχρὸν χρῶμα, id eſt color pallidus veluti ignis, & color ὤχρας vocatæ, cuius prima ſyllaba acuitur. Fitq; talis color permixta aquoſo excremento pallida & amara & flaua appellata bile. Nempe flauus color quā tum a rubro in albiorem ſecedit, tm̄ a

flauo pallidus. Scripsit & alia quædã symptomata quæ ita affectis fiunt. De quibus cum ad eam quæ de ipsis est mentionem peruenerimus, agemus. Præsentem aũt dictionẽ discutiam⁹. Quæ in non assuetis prandere contingere ait, his adhuc & hoc adiecit. (Si aũt supercœnauerint, acidũ ructant.) Quod aũt ructus acidi fiant & pp vẽtriculi frigiditatem & pp pituitam sæpius in eo aceruatam, & pp ciboꝝ multitudinem, aut si pauci quidẽ sint, potestate tñ frigidorum, didicimus. Omnium aũt prefatorum cõe est calorem ventris ingenitum vinci a cibis, nõ eos vincere, neq; his præstare, neq; probe ipsos conficere posse. vt si modicæ flãmæ lignorum multitudinẽ superaceruaueris, vel & citra multitudinem tum viridia tum humida superposueris. Ceteris ita cibatis πρατι' λην, id est alui læuitatem siue humidam deiectionem fieri ait. Verum in exemplaribus non paucis non πρατι'λην scriptũ inuenies, sed ἄσσην vt eo vocabulo ϛιπασμὸν, id

est proiectuz intelligamus corporis hominis huius qui ita cibatus est, corporis inquam ob cibi multitudinem ἀσσομένου, id est grauiter molesteq; habētis, atq; implacidi inquietiq; dum in lecto iacet, & sese permutantis. Cęterum quod circa dictionis finem cibi confectionem coctioni similē esse oporteat, manifeste ostendit, tanquam a calido fiat non sicco squalentiq;, cuiusmodi est febrilis, sed ab humido vaporosoq;, cuiusmodi est qui in animalibus secundum naturam existit. 23.

Conuenit autē his permutationem aequa virtute compensare. Dormire siquidem eos oportet tanquam noctem a cœna hyeme quidem citra frigus, æstate vero citra calorem agant. Quod si dormire non queant, plures lente embulando absoluant circuitus, neq; stent. nihil cœnent, aut pauca & innocua. Minus præterea bibant: sed meracius &

non dilutum. Magis prætérea & is af-ficietur, qui ter die replebitur, ac etiam multo magis qui crebrius. quanquam sint nonnulli qui ter die satiati facile ferant, vtpote qui ita sunt consueti.

Hoc in loco referre hæc non erat necesse. Nempe docere proposuerat quonam pacto repentinæ consuetudinū mutationes nos lædant, non aūt quo tales læsiones modo curare oporteat. Verum qm̄ Hippocrati hoc tentare ē visum, propterea quę scripsit persequemur. Maxime quidē is dormire ipsos plurimum iubet, & si dormire nequeant, plures lenta ambulatiōe absoluāt circuitus. idq; vt quamplurimi expositorum aiunt, post cœnam: sed vt eorū quæ dn̄r sensus præcipit, post prandiū. Nam oīo hæc tanq̄; noctē agant, de somno meridiano non de noncturno dici expostulat. Præterea q̄ continuata est scriptum serie, vbi inquit. (Si vero dormire non queant, plures lēte ambulando absoluant circuitus, neq; stēt

nihil præterea cœnent vel pauca & innocua.) testastur Hippocratem velle eos a prandio dormire non a cœna. Duorum igr̃ alterum. Nam aut emendanda tanq̃ errati conscia scriptio, atq; ita scribendum, (Dormire siquidẽ eos opȝ post prandiuȝ tanq̃ noctem agát, hyeme quidem citra frigus, æstate vero citra caloreȝ.) vel si seruare volumꝰ orõnem hanc (a cœna,) intelligenda est hoc pacto dictio: (Dormire siquidem eos opȝ vt a cœna ante dormiebant, sic & nunc post prandium tanq̃ noctem agant.) Quod aũt velit Hippocrates eos, vel nihil oĩno, vel parce, vel leuiter cœnare, sensus est manifestus. Ventrem siquidem vult requiescere, laboremq; quo grauatus afficiebatᷓ refoueri, quod præter consuetudinem pransus homo fuerat. Hinc sequés est & minus bibere, sed non aquosum, nõ dilutum. Nempe fluctuationeȝ humiditatemq; & refrigerationem vitare opȝ vbi a ciborum multitudine venter grauatus fuerit. Potum aũt qui exhibetur,

non aquoſum eſſe conuenit, ſed vẽtris tum calfactoriam, tum roboratoriã obtinere facultatem. Cætera q̃ continuãtur, liquida ſunt & manifeſta. 24.

Prçterea qui bis die cibũ ſumere cõſueuerũt, ij niſi pranſi fuerint, ægre habent, par℞ valent, timidiq; ad quoduis opus fiunt, & cardialgici. Nempe his viſcera pendere videntur, calidũ mingunt & viride, id eſt pallidũ ſtercuſq; exuritur. ſunt quibus os amareſcit, oculi cauantur, & tempora ſaliunt, parteſq; frigeſcunt extremæ.

Cætera quidem huius dictionis in eorum comparatione quæ præter cõſuetudinem pranſis contingere diximus, ſunt explanata: ſed de reliquis nunc dicã. ἄφοδον, id eſt ἀποπάτημα, id eſt ſtercus ipſorum ſiue alui purgationem incendi exuriq; inquit, a calore. ſ. aſſatam. Nempe corpus magis tũ ſicceſcit tum igne ſcit his qui conſuetum relinquunt prandium. Alijs os

amaricare ait vtpote his qui biliosiorē habent naturam hisq́; caui fiunt oculi ab eadem qua excrementū aduritur causa siccescentes. Q ͦ autē in amaræ bilis naturis vernaculus calor in id quod igneum est digrediatur, ppea & tpa saliunt. i. tēpoꝝ arteriæ euidenter pulsant. Partes pterea corporis extremæ, frigidiores fiunt, ꝙ venter biliosis repleatur humoribus, quorū morsu atq; contristatione affectus. virtutē dissoluit, corpisq́; extrēa refrigerat. 25.

Plurimi quoq; hoꝝ qui pransi non sūt, cœnare nequeūt. qui si cœnauerīt. ventris grauitate afficiuntur, ac difficilius cubant multo q̄ si pransi fuissent.

Picrocholi natura præter consuetudinem impransi permanētes cibos auersantur, fastidiuntq́;, ventre scilꝫ male tum tractato tum afflicto. Verū q coacti cibū sumpserint, grauanť : atq; ob id δυσκοιτοῦσι, vt ipse inqt. i. male hn̄tes i lecto pmanēt & traducūt. 26.

Cum igitur talia ob dimidiatæ diei

victus a consuetudine digressionem sa nis contingunt, neq; adijci quicq̄ neq; subtrahi commode videtur.

Rursus inter exponendum quæ cō tingunt valentibus his qui subito con suetudinem permutauerunt, sermonis sũmam obiter atq; veluti appendicem adiecit, cuius gratia omnia hæc expo nit quæ sanis contingunt. Nempe vt constat, si beneualentibus victus dimi diatæ diei permutatio adeo molesta sit, qũo non admodũ languētib⁹ ipsis molesta erit? Deide rursus ad explana tionē eoꝝ q̄ sanis ꝯtingũt reuertitin se quenti dictione quæ ita hȝ. 27.

Qui igitur præter consuetudinem semel pastus toto die exinanitis vasis quantum consueuit, cœnauit, si tũc im= pransus laborauerit, parũq; valuerit, atq; adsumpta cœna tũc grauatus fue= rit, multo magis eum grauari par est. quod si adhuc pluſculis horis venæ

exinanitæ fuerint, atq; repente cœnauerit, magis adhuc grauabitur.

Quod ait hmōi est. Si qui præter consuetudinem impransus permanēs minus consueto cœnauerit, nocte grauetur: multo magis grauabitur qui solito plura est cœnatus. Qui autē plusculo tempore exinanitis vasis repente cœnauerit, magis adhuc grauabit̃. Nempe qui impransi præter consuetudinem permanent, horum alij ad minus temporis inediam protendunt, alij ad longius interuallum. hos igitur grauari adhuc magis ait. 28.

Quibus igitur præter consuetudinem venæ sunt inanitæ, ij eodē die veniunt reficiendi. Vitent in primis frigus, calorē, & laborē. Nempe hęc omnia moleste feruntur. deinde cœnam solito minorē faciant, eamq; non siccam sed humentiorē. deinceps bibant, neq; dilutum, neq; minus q̃ ingestorum ra-

tio poſtulat. Poſtero autem die pauca prandeant, ut acceſſione ſenſim creſcente, ad conſuetudinem redeant.

Vt eorum qui prẹter conſuetudinē pranderunt detrimēta emendauit, ſic & eos, qui quod ſemel duntaxat die p̄ter conſuetudinē ederunt afflicti ſunt, vult in primis vitare tum calorem tum frigus tum labores: hæc nempe omnia moleſte ferri ait. Adde quod & minus ſolito cœnare ipſos iubet. q̄q̄ pleriq; maxime ꝯtra agant. Nā prandere ob negotium aliquod prohibitos volunt in cœna & eam quæ in prandio omiſſa eſt adſumere alimoniam. haud ſcientes ꝙ eget quidem vere alimonia omiſſa corpus, ſed ipſam conficere non poſſit ventriculus ob longiorem abſtinentiam læſus, afflictuſq́;. Quinetiam Hippocrates vt alimonię minus vult exhiberi, ita & eam humidiorem. Nempe hmōi alimonia exiccatis tum ventri tum corpori vniuerſo peculiare auxilium præſtat. Roborare

præterea & ventrem ipſorum iubet vi ni potu, neq; dilutū, neq; minus quā cibi proportio exigit potandum præcipiens. Dilutum.n. ventris robur exoluit. Minus vero quam cibi proportio expostulat, vētri arefacto inhabile exiſtit. Poſtero tandem die Ita affectos victui proſpicere iubet. qui Hippocratis præcæpto conſuetorum ciborum minus ingerere debeant. vt ſenſim paulatimq; in priſtinam redeant conſuetudinem. 29.

Talia uero moleſtius ferūt, qui parte ſuperiore picrocholi exiſtunt,

Iam & ego paulo ante dixi picrocholos, id eſt amaræ bilis homines ſubitariam eam quæ a victu ad abſtinētiam fit digreſſionem pituitoſis difficilius moleſtiuſue ferre. Bileſcit ſiquidē ocyus his totus tum corporis tum ventris habitus. Sed quare non ſimpliciter dixit picrocholi? at parte ſuperiore? Nempe cum flaua bilis quam & pallidam & amaram nominitant, ſuperiori

ſupnatat ventri, iure optimo tales parte ſuperiore picrocholos dicimus. Cū vero per ſedem demittitur, parte inferiore picrocholos aſſerimus. Paulo ſiquidem rhetori qui toto corporis habitu pituitoſus erat, diebus ſingulis ſupnatabat flaua bilis, primamq; ipſa3 vomebat a lauacro non paucā. Eudemo autem philoſopho qui temperamento bilioſus erat, per ſedem demittebatur: raroq; is q̄q̄ aliq̄n pallidam vomebat bilem. Vt āt Pauli excrementa bilis exiguum habebant, ita & Eudemi multum. Qui igitur præter conſuetudinem non prandent, ſi & toto corporis habitu, & ſuperiore ventre picrocholi fuerint, his neceſſario contingunt q̄ paulo ante dixi oīa. At qui ventre dū taxat ſuperiore picrocholi exiſtūt, his tolerantiæ difficultas ſilr contingēt: ſ3 ex reliquis ſymptomatis alia quidem nullo pacto erunt, alia erunt quidem ſ3 moderatiora. Prædixit quoq; & eos qui præter conſuetudinem non prandent, timidos ad q̄uis operationē eſſe,

stomachi erosionibus affici, pensilia vi deri ipsis viscera, calidum & viride me iere, exuriq; excrementa. Alijs os ama ricare, oculos cauari, tempora palpita re, & extrema perfrigere. Sed hoꝝ alia toto habitu picrocholis contingũt ma gis, alia aũt superiore dũtaxat ventre talibus. Atq; ob id ad q̃uis operatio nem timiditas, extremorum pfrictio, mictus calidus viridisq;, deiectionum adustio. cauatio oculorum & tempoꝝ saltus toto habitu picrocholis vsu eue niunt. Vtrisq; aũt pensilium viscerum opinio, & oris amaritudo. Nam ob in suetam abstinentiam, tum suspensa tũ pendula percipiunt viscera. Verũ ob bilis exuperantiã picrocholis toto cor pore os amaricat: nõ ꝙ affectio in ore magis fiat, sed ꝙ sentiendi partẽ eam natura generis humoꝝ discretoriam fe cit. Venter aũt magis quidem his exu ritur, quibus ex hepate in ventrem bi lis effusa supernatat, minus autem qui bus deorsum mittitur. Nam his quidẽ intestinum proritat ad excretionem, il

lis vero

lis vero ſtomachum mordet. Ob eam rem Eudemus diebus ſingulis, bis & interdum ter deijciebat. Paulus autem iterdum nullo pacto excernebat. Niſi etenim īteſtina a mordente aliquo irritentur, vel copioſo excremento grauentur, excretionis promptitudinē nō accipiunt. Neutrum horum impranſis contingit, neq;.n. mordentur inteſtina bile in os aſcendēte, atq; illa non mordente contriſtanteq;. Neq; grauitas his fit, qui nullo pacto comederunt. 30

Non aſſuetam aūt cibi abſtinentiā facilius omnino ferunt qui parte ſuperiore pituitoſi ſunt. quo fit vt ſi ſemel die cibo vtantur. facilius ēt ferant.

Prius quidem parte ſuperiore picrocholos vſum cibi qui ſemel die ſit. difficilius tolerare dixit. Nūc aūt ad pituitoſos ſe trasferens, pro cibi vſu qui ſemel die ſit, inediæ meminit. ex habente manifeſtius detrimentum. ad minus noxium tranſlationem ex proportione faciens. Nam ſi magis quidem lædi

eos qui ſine cibo totum pręter conſue
tum permanſerunt diem equū ſit, mi-
nus aūt qui non prandent, & pituitoſi
picrocholis cibi vſum qui ſemel die ſit
facilius ferant, quod ſane & inediaꝫ fa
cilius ferant, palā eſt oībus. Cā aūt cur
pituitoſi facilius cibi vſum qui ſemel
die ſit, ferant, ex his quę antea de bilio
ſis dicta ſunt euadit conſpicua. Nam
bilis hamorí ipſis inediis amarior red-
ditur. Pituita vero tpis proceſſu coqui
tur, ſanguiſq; efficit, neutra bile in ſan
guinis ſubſtantiam redire valente. cuꝫ
ex ſanguine quidem plus calfacto fla
ua bilis gñetur, ex eodem vero aſſato
aduſtoq; atq; ét ex craſſo atra. Pituitæ
aūt gñatio in pituitoſis edulijs ſangui
nem perpetuo antecedit: atq; gñatio-
ne ipſius media cibi in ſanguinem trā
ſeunt. Neq; hoc deterioribus tm̄ cibis
contingit, verum & quibuſdam eoruꝫ
qui ſalubres admoduꝫ eſſe vñr. vt pa
ni chondro, ſemidali. Ego ſane eam q̄
mihi optima eſſe vr̄ narraui cōſcriptio
nem. Nempe qd̓ in ea docetur, per ſe

verum est. atq; continuatam cum his quæ ante dicta sunt hȝ seriem. qui optimæ explanationis sunt scopi. Non tñ in exemplaribus oībus consimilem inuenies descriptioné, sed in alijs & alijs pugnantem. Cęterum aliter in libris fere omnibus reperitur dictio hæc falso sermone, & nullam quæ antedictis cōtinuetur seriem seruante, 31.

Potissimum sane & hoc argumentum quod maximæ mutationes eorum quæ circa naturā nostrā habitumq; cōtingunt, maxime morbos committunt.

Multa quidem apud Hippocratez φύσεως, idest naturæ nomen indicat, sȝ hoc in loco temperaturam significari quispiam existimauerit, veluti & partium ipsarum structuram compositionemq;, ἕξιν, id est habitū appellari. quo in structuræ genere continetur & bilis ad partes superiores fluctuatio: & ad inferna deiectio, & viscerum tum suspēsio, tum constantia stabilitasq;. Nempe cum venter magnus existit, viscera

confirmat & stabilit, tametsi cibis vacuus, destitutusq; fuerit. Verum cum paruus est, cibis quidem refertus confirmat: vacuatus vero subsidētia relinquit. Hinc fit vt suspensa sentiant viscera. Quibus aūt bilis flaua sursum natat fluctuatq;, ante est dictum, meatu bilem ipsam ex hepate ad id intestinū qđ græci ἔκφυσιν vocant, quāsi e vētre enatuȝ dixeris, deferente, neq; structuram habente eandem. Nam interdum quibusdam portio aliqua ab ipso adventrem procedit. his quidem supernatat biliosum excrementum: cæteris vero deorsum oīno voluitur. 32.

Non igitur intempestiue neq; fortes vasorum inanitiones moliri, neq; cum morbi vigent, feruorem habent, cibū dare, neq; repente huc vel illuc in toto negotio quicquam mutare licet.

Dictio hæc præter ordinem scripta est, copulari siquidem debuit cum eā quæ scripta est ante, vt tota oīo talis foret: (Talia vero molestius ferūt qui par

te superiore picrocholi existunt. At nō assuetam cibi abstinentiam facilius oī no ferūt qui parte superiore sunt pitui tosi. quo fit vt cibi vsum qui semel die sit, facilius ēt ferant. Non igr̃ intempe stiue, neq; fortes vasorum inanitiones moliri, neq; cum morbi vigent, feruo- remq; habent, cibum dare licet.) Nam postea quam sermonez quo magnas victus mutationes ostēdit sanos ipsos non q̄uo languentes lædere, comple- uit, absoluitq;: iure intulit cuius gratia mentionez de his oībus fecit inquiēs, (Non igr̃ intempestiue neq; fortes va sorum inanitiones moliri licet.) Quā q̄; aūt & institutum ēt per relata suffi- cienter demonstrauerit: vr̃ tñ & ad al- terum transire sermonem qui hæc cō- monstret, liberaliter testimonio vsus. Principium igr̃ sequentis sermonis iu re censetur dictio hæc. (Potissimuz sa ne & hoc argumentū qđ maxime mu tationes eorum quæ circa nām nr̃am habitumq; contingunt, maxime mor- bos committunt.) Cui quidem dictio

ni continua fuerit q̃ ita sequitur, (Multa aũt his germana eorum quæ ventri contingunt, atq; alia quis dixerit.) Dictionem sane hanc sum explanaturus: sed nunc ad p̃ntem reuertar quæ hanc hꝫ mentem. Non intempestiue neq; vehementer fame necare, neq; in morborum consistentijs victũ ex inedia ad cibi oblationeꝫ permutare licet, sicuti neq; subito ad ꝯrium. Ex quibus sequitur talem instituendam victus rõnem qualem is præcępit. Summa aũt horum est, declinandas esse subitas repentinasq; ad ꝯria permutationes. 33.

Multa aũt his germana eorum quę ventri contingunt, atq; alia quispiã dixerint. vt exẽpli gratia. Cibos quibus vti consueuerunt, facile ferunt, tametsi natura haudquaq̃ boni fuerint. similiter & potus. Cibos vero quibus vti nõ consueuerunt ẽt si mali nõ fuerint, moleste ferunt. Consimili modo & potus.

Quæ si lia congruentiaq; existunt,

atq; vt quispiam dixerit, genere iuncta cognataq́;, cõsueuit vocare Hippocrates ἠδελφισμένα, id est germana. q̄ eorum quæ genere iunguntur & familiarissimi & genere oĩum iunctissimi sunt ἀδελφοὶ, id est germani. Nam propinquitates cæteræ his posteriores sunt. vt patrum matrumq; fratres sororesq́;, & fratrum sororumq́; filij filiæq;, & quæcunq; id genus sunt. Cætera dictionis clara sunt. Naʒ demonstrat Hippocrates sermonem eundem queʒ ab initio demonstrauit, cuius summa est: Consuetudo maxĩe põt, repentinaq; ab ea digressio corpa nõ paꝝ offendit. 34.

Si ergo multa præter solitum carnis deuoratio, vel allia, vel silphion, vel ipsius succus vel caulis vel alia consimilia, quæ seorsum insignibus sunt præditu viribus, ventriculis quibusdã magis quam alia labores inferant, minus quis admirabitur. At iure admiraberis si didiceris quantum maʒa turbationẽ,

tumorem, flatum, torminaq́; mazam de uorare non assueto pariat, si præter cõ suetudinem ingesta fuerit. vel qualem panis ipse calidus deuoratus sitim infe rat, & repẽtinam plenitudinem, quod tum exicet, tum tarde descẽdat. & quã varia inter se pariant purissimi cõfusa neiq́; panes si præter cõsuetudinẽ deuo rent, & maza similiter vel arida, vel humida, vel tenax. qualiter, itẽ & polẽ tæ afficiant, recentes quidem eos qui re centibus vti non consueuerunt, & aliæ eos qui recentibus ex consueto vtuntur. Ad hæc quid faciant vini, & aquæ po tationes prętcr consuetudinem in aliud subito translatæ, quid dilutum item vi num, meracumq́; repente potu. Dilutũ enim cum infirmitate humẽtem reddit ventrem superiorem, flatuosumq́; infe= riorem. Meracum vero venarum pulsa

tionem efficit, capitisq́; grauitatem, & sitim infert. Præterea quid vinum album nigrumq́; præter solitum mutata, quæ si ambo vinosa fuerint, valde alterant corpus. Quare dulce vinosumq́; minus quis dixerit mirum esse non idē posse vbi repentina fuerit mutatio.

Sermonis totius sensum intelligentiamq; vbi prius dixerimus, ad particulares quæ in eo sunt dictiōes peruenie mus. Orationis igitur totius sensus talis est. Victus mutationem in eos qui insigni præditi sunt virtute, tum cibos, tum potus, nemo qui lædentem corpora viderit, admirabitur: verum eam quæ fit neq; sine læsione in cibos potusq; non insigni ptæditos virtute, iure quis admirabitur. Talis quidem est sermonis totius intelligentia. Sed vt particulatim dicam, orationis totius principium mentionem eorum facit ciborum, qui fortem vehementemq; habēt facultatem; vt carnium deuorationis,

alliorum, silphij, succi eiusdem & caulis. Nempe silphium totum fortem habet facultatem, sigillatimq́; succus ipsius & caulis. Verum hæc quidem simpliciter dixit: sed cum carnium deuorationis meminit, adiecit hoc verbum, multa. Nempe multa carnium deuoratio magnam habebit facultatē, mediocris vero non magnam. Quę huic succedit dictio, ad eos accedit cibos q non magna constant virtute: mazam videlicet & panem vel calidum vel frigidum vel syncomiston, id est confusaneum. Quod panem non purum syncomiston appellet, ɔstat & ex eo quæ ad purum est oppositione. Panē hūc homines huius temporis autopyron appellant, non discreto scilicet furfuraceo, sed vna cū syncera puraq́; farina macerato conspersoq́;. Post hęc de polentis mentionem fecit, recentesq́; vocauit ποταίνιας, Ionum voce vsus & antiquorum. Memorauit postea & vini & aquæ potationes præter solitum mutatas, Meraciorem item & dilutio-

rem potum. Quibus adiecit dilutum vinum in ventre superiore πλάδον, id est humiditatem infirmitatemq́; facere: flatumq́; in inferiore. Meracum vero palpitationem temporum, capitis grauitatem & sitim, idq́; caliditate: dilutum autem contraria, tum humiditate, tum frigore. Mentionem quoq; & de vinorum ipsorum differentia fecit, ex his omnibus colligens, quod in vniuersum ab initio ipsi propositum institutumq́;, omnem .s. consuetudinis subitam permutationem non paruum corpori adferre detrimentum. 35.

Cæterę parté hanc sermone contrario τιμωρητέον, id est iuuare oportet. Nēpe his victus mutatio facta est, corpore neq; ad robur vt cibos adijcere, neq; ad infirmitaté vt cibos diminuere oporteret haudquaq̄ permutato.

Verbum hoc τιμωρητέον, opitulandum siue iuuandum indicat. Neq; autem opitulatio alia sermoni huic fue-

rit præter patrocinium quod vera loq tur. Nempe cum ex duobus sermoni bus vnus ipsi placuerit, alter vero ad-uersetur, & ei quidem qui placuit huc usq; est patrocinatus. nunc ad alterius patrocinium descendit: cuius snia qs conuenire dixerit, vt languentes ab in signi victus mutatione iuuentur, quã do & corporis affectio in contrarium his quidem qui antea sani viuebant, nunc vero ægrotant, permutata sit. Sa ne & in huius sermonis gratiam vni-uersaliter antea est loquutus his ver-bis. (Transmutatio autem bene hз nõ modica: sed ὀρθῶς, id est recte transfe renda venit.) Deinde quid aduerbiuз hoc ὀρθῶς indicet, non paucis osten-dit, sed ad summam subducens, colli-gensq; dixit: (Non igitur intempesti-ue neq; fortes vasorum inanitiões mo liri, neq; cum morbi vigent feruoréq; habent cibum dare, neq; repente huc vel illuc in toto negocio quicq; muta-re licet.) Quare & ambiguitatem sol-uere iam anticipat, quam nuper enum

ciauit sermoni consentiens. Adijcietq; impræsentiarum aliquid, cuz inquiet: (Conijcere autem oportet & robur, & morbi cuiusq; speciem.) & cætera quę his succedunt, quæ in sequenti dictione explanabo.
36.
Conijcere autem oportet & robur, & morbi cuiusq; speciem: hominis itē naturam, atq; ægrotantis in victu consuetudinem, non in cibis solum, verum quoq; & in potionibus.

Conuenięti in acutis morbis victus institutioni quā docuit, & roboris considerationem, & morbi speciem, prætera & hominis naturam, consuetudinemq; ipsius adijcere iubet Hippocrates. Nempe summa quaz adstruit est, non permutandam esse victus speciē priusq; signa coctionis manifesta sint. Id autem fiet, si quot diebus ad vigorem morbus venturus sit præcognoueris. Verum cum victus, quem manifestabo, pro maioris minorisue ratione p mutari possit, quod laborantes inter se

differant virtutis tum robore, tum infirmitate: naturali item temperamento & morbi specie, atq; antecedente consuetudine, si ad ea respexeris, poteris artificiose tum magis tum minus animaduertere, si videlicet vel oxymelite vel melicrato ægrum regere debeas, aut solam aquam bibendam adusq; coctionis notas dare: aut ptisanā, aut ptisanę solum cremorem: deinde si bis & semel die. In victu igitur tum magis tum minus per ea quæ dixit conijcere oportet. Nam si ægrum ptisanæ cremore indigere comperias, iam tibi constat q̄ſtum de eo sis propinaturus. Consimili modo de oxymelite, melicrato & aqua. Verum qūo ad generis victus inuentionem operæpreciū est, vt cognoscas an robusta vel īfirma sit laborantis facultas, quot item diebus morbi coctio futura sit, sic & considerandum q̄rum vel robusta vel īfirma fuerit. Nempe in virtutis tum robore tum infirmitate magis & minus valde discrepant. Sic morbi quoq; discrimi-

ña differẽtiasq; conijcere opz. Neq;.n. satis est cognoscere quod pleuritis vel peripneumonia sit, sed & qualisnaz ea sit cognoscere oportet in dolore, febre & sputis. Nempe pleuritidum quæ cũ dolore sunt, aliæ quidem magis, aliæ vero minus tales existunt: febremq; vehementem habent, tum magis tũ minus particulares pleuritides. Cęterum non parua est in his quæ expuuntur differẽtia: vt in prognostico est dictũ. Cum igitur particulatim in dictis differentijs varient ægri, fieri nequit vt in Empiricorum appellatis syndromis reperiatur disciplina. Neq; enim eorum qui in virtute comperiuntur excessuuz differentię scribi possunt, neq; febris vehementia, neq; sputorum q̃titas, neq; in particularibus coloribus, dissimilibusq; eductionib⁹ magis minusq;. Verum cuiusq; rei virtute intellecta, omnes inter se comparare, summáq; omnem ex ipsis colligere oportet. Qua quidem in re tum meliores, tum deteriores reperiuntur medici, quãq̃; eadez

didicerint. Nempe qui perſpicaci magis pollent ſenſu, his qui hebetiorem habent, euadunt probatiores. Laboris item amantiores ſegnioribus, exercitatioreſq; minus exercitatis, atq; qui memoriam tenaciorem habent, his q minus ea valent. Ex particularium igitur omnium virtute colligere in ſummam omnem formam totam ſingulorũq; ciborum q̄ttitatem cōmodius eſt. Nam imbecillitas ſæpius quidem, ſed paulatim cibandum indicat. Fidemq; rei huic facit quod æger bis cibari ſuetus ſit. Facultatis autem robur contrariuȝ indicat. Nam ſi in homine ſemel cibari ſueto videatur, ſemel ipſum cibare oportet: quod indicant ambæ coniecturæ. Sic & corpus bene diſſlabile ad cibationem ſtimulat: quod ægre diſſlatur ad cōtraria agit. Quod item tenues habet ſuccos, id cibandum indicat. Quod his non conſtat, contrariuȝ cōmonſtrat. Atq; i ſingulis quæ dicta ſunt, magis minuſq; proportionaliter ſibi & auxiliorum vſum tum auget,

tuȝ remittit. Sed de huiusmodi, omnia in methodo medendi deinceps & ordine ita exarata sunt, vt tum citissime cō discere, tum facilime ad memoriam reuocare possis: fieri siquidem nequit vt libro vno prȩsenti bene omnia scribat Hippocrates, atq; ordine doceat. vtpote qui primus horum inuentionem sit molitus. Qui tñ hȩc ab Hippocrate tū transuersim tum inordinate scripta didicerit, totamq; suam vitam in ea quȩ ex operibus docetur meditationeȝ exercitationemq; deuouerit, is & luceȝ & ordineȝ doctrinæ adijcere poterit. Q ꝺ si & pluribus libris fecerit, quanta futura sit claritatis eoꝝ quæ docentur exuperantia, liquido patet. Nemo ergo vitio verterit si hoc in loco confundatur Hippocrates scopoꝝ multitudine affatim circūseptus. Nam si ꝗ particulatiȝ horuȝ vnumquodq; a nobis in methodo medendi demonstratum sit intellexerit, atq; ad illam translatus laboriose singula didicerit, ea sane quæ nunc in composite inordinateq; dñr liquido co

gnoſcet: ſpeculationéq; ī ipſis artis opi bus exercēs veritatē ipſi⁹ laudabit. 37

Ciborum aūt adiectioni intendendū multo minus, ſubtrahere vero oīno ſæpenumero expedit, cum æger ſuffi cere poſſit donec morbus matureſcat.

Q[m̄] victus cuiuſq; ſpēs ex his quę antea dixit inuenitur: atq; inde quę in ante ſcripta dictione referuntur, conijcere operæpretium ſit, vt ſingulis vict⁹ formis quātitas reperiatur, pn̄ti dictione, (Ciborum aūt adiectioni intendē dum multominus, prorſus vero ſubtra here ſepęnumero expedit,) cognoſcēs præſidiorum ſingulorum quantitatē artificioſa egere coniectura, artificioſe aūt conijcere viri eſſe, qui vires omnium quæ in arte ſunt didicerit, memoriæ mandauerit, atq; diligentia omni adhibita ſeſe in operibus artis exercuerit, paucíq; tales exiſtant, iure optimo quæ pn̄ti inquam dictione referuntur adſcripſit, in quantitate ipſa ad id q[uo]d minus ſit procedendum eſſe magis q[uam]

ad id qđ exuperat vbi quis a iusto modo abscedit, admonens. Nempe quod plus est, exuperatq́ʒ, noxas interduʒ inemendabiles facit. Verum qđ minus est, facile emendatur. Nempe si virtus elabi videatur, cibi exiguum ministrare possumus. Verum si in ventrem absorptus fuerit cibus, quod redundat superfluitq́ʒ si alias, multo magis in acutis morbis tollere est difficile. Nempe prorsus subtrahere sepænumero expedit, cũ æger sufficere possit, donec morbi vigor ad maturitatem perducatur. Rursum præfatę dictionis partem hãc adsumpsit nos familiaris huius scopi admonens qui tum hic tum in Aphorismis habetur. Nempe si æger ad morbi vsq; vigorem sine cibo sufficere posse videatur, in omni ciborum abstinentia eum & potu solo moderaberis, cuʒ tibi videbitur necessitas. 38.

Quibus aũt id faciendũ sit, scribet.

Qđ prædixerit Hippocrates commonstrata vniuersali victus ratione in hoc libro se transiturum ad cęteras oẽs

acutas ęgritudines, liquido constat. Ve runtñ opus hmói non reperitur. Nempe quæ in hoc libro a balneorum consideratione extant, si quis veluti in typo ab Hippocrate ad futuram memoriaꝫ scripta, in domo reperiens post viri morteꝫ deprompsit: forsan rõne quidem hoc fecit, veruntñ vt liber digna Hippocratis mente non sunt, sicuti neque ea quæ de morbis & affectibus inscripta sunt, quanq̃ multa in his bene scripta sint. Sed sup ea re in his q̃ in ea scriptę sunt expõnes disceptabim⁹. 39

Multa autem & alia his quæ dicta sunt, germana quis scribere potest?

Rursus ad eum reuertitur sermoneꝫ quem multis certum ratumq́ fecit exẽplis, mutationem consuetudinis languentibus noxaꝫ afferre demonstrãs: sed qm̃ a sanis in eos trãsijt ob id quæ similia sunt & congruentia bene ἀδελφεά, id est germana dixit. Q̃d aũt postea dicturus est, sermonis huius testimonium existit, q̃q̃ non simile, nõ

congruens, nec germanum vt ipſe appellauit, ſed id quod perueſtigatur. Patebit autem tibi mens Hippocratis in ſequentis dictionis expoſitione. 40.

Hoc aũt verius efficaciusq; teſtimonium. Neq;.n.rei de qua plurimus factus eſt ſermo germanũ exiſtit, ſed res ipſa cõmodiſſimum eſt documentum. Nempe quidam per morbi acuti exordia eodem quo laborare cœperunt die comederunt, alij poſtero die, alij quiduis, alij cycæonem ſorpſerunt. Sane hæc oĩa deterius quidẽ habẽt quã ſi modo alio cibaretur quis, ſed quę hoc tẽpore peccata fiunt, ea minus multo lædunt, quam ſi prius quidem diebus vel duobus vel tribus vaſa quis integre exinaniuerit, mox quarto vel quinto talia miniſtrauerit. Sed ſane deterius aget qui oĩbus his diebus vaſa ante exinaniuerit, & ſequentibus quibuſdam

diebus ita pauerit prius quam morbus maturus reddatur. Nempe hoc pacto mortē plurimis liquido affert, nisi morbus omnino beneficus fuerit. Quæ vero in principio cōmittuntur delicta, ea non similiter his domantibus renituntur, sed facilius domari possunt.

Ante ab his quæ bene valētibus ex consuetudinis mutatione contingunt, ad languentes ipsos per similitudinē trāsijt. transiturus aūt & nunc, atq; ipsum qđ nunc instituitur fere ita habere est demonstraturus. Sed quidnā id fuit? sane q̄ neq; a pncipio neq; primis diebus fame cruciatos ægros cum prope vigorem iam peruenerint, replere opꝫ. Tota aūt dictione vult ostendere grauiorem contingere ægris offensam cū prope vigorem erratū sit, q̄; si in morborum principijs quippiam delinquatur. Inquit.n. (Quæ hoc tpe peccata fiunt, ea minus lędunt, quam si primis diebus, duobus vel tribus vasa quis in

tegre exinaniuerit, mox quarto vel qn to talia miniſtrauerit, atq; ét antequã morbus vt græco verbo inquit πέπειρος reddat. Q̃d πέπειρον appellet πεπεμμένον, id eſt quod ad maturitatem eſt perductum, palam eſt oĩbus. Morbos præterea εὐήθεις, id eſt beneficos dixit non quidẽ maleficos moroſosq́;, quos græci κακοήθεις vocant: ſed εὐτρέπτους, id eſt qui facile ad bonũ vergunt. Scimus etenim veterum multos ita vti dictione, ita quoque & Hippocratem, vt alibi eſt dictum.

41.

Hoc ſane maximum reor eſſe argumẽtum quod primis diebus quauis ſorbitione nequaquam eos priuemus, quibus futurum eſt vt paulopoſt ſorbitionibus quibuſuis vti debeant.

Sermonem hoc in loco eum dixit quem ſæpius antea demonſtrauit, nutrire. ſ. ſorbitionibus, ab initio præcipiens eos qui ad vigorem vſq; ſufficere citra ptiſanæ ingeſtionem non pñt. Nã eos prope vigorem nutrire compelle-

mur, cum ad tenuiorem victus formã, etiam si antea plenius cibati fuerint, transeundum sit. 42.

πυθμενόθεν ergo qui hordeacea vtũtur ptisana male passuros ægros ignorant si duobus vel tribus diebus antea exinanitis vasis sorbere incipiant, neq; ẽt qui solo vtuntur cremore quod sorbẽtes lædentur, intelligunt, cum sorbitionem non recte inchoabunt. Sed tunc cauent magnamq; intelligunt læsionem si æger ante maturationem morbi ptisanam hordeaceam sorbeat cremore vti suetus. Quę oĩa efficaciter demonstrãt medicos non recte ægrotantes ad cibus inducere, quippe qui vasa exinaniant in his morbis in quibus sorbitionem exhibere oportet. Et contra in quibus ex vasorum inanitione ad sorbitiones transeundum non sit, in illis transeant.

Aduerbiuʒ hoc πυθμενόθεν vel πα

τελῶς, id est omnino, vel ἐξ ἀρχῆς, id est ab initio Hippocrati indicat. Nam medicos ignorare ait quando primuꝫ vel ptisanam vel cremoreꝫ ægrotis dare oporteat, bene tamen scire. si ante morbi coctionem ptisanam hordeaceam dederint, se ægrum læsuros. Sequentem autem dictionis huius seriē quæ eadem ex eisdem sæpius dictis ostendit de industria ob claritatem transgrediar. 43.

Et vt plurimū ἀπαρτὶ, id est exquisite. Interdum aūt hoc tpe, interdū & alio ex uasoꝝ inanitione ad sorbitiões trāseunt, ubi sæpius a sorbitionibus ad uasoꝝ inanitionem transire expedit, si ita ex morbi acerbatione contigerit.

Hoc aduerbium ἀπαρτὶ, & apud authores atticos, & apud Hippocrateꝫ pro ἀπηρτισμένως καὶ ἀκριβῶς, id est exquisite & absolute. In quo significatu & nūc est vsus Hippocrates, demōstrare volens medicos in illo maxime

tempore permutare victus rationem ex abstinentia cibi ad sorbitiones, quo ad abstinẽtiam accedere oportet. Atq; hinc manifestissime ostendens cũ morbi vigor adest, tunc tenuissimo de necessitate victu esse vtendum. 44.

Interdum aũt & cruda tum a capite tum a thorace attrahuntur biliosa, uigiliæq; his accedunt, ob quas nõ coquitur morbus, tristesq; & amari hi fiunt, desipiunt, Incerti & discurrentes lucis splendores oculis obijciuntur: aures implentur sono, frigent extrema, urinæ crudescũt, sputa tenuia fiunt, salsa, colore syncero, & exigua, sudores circa collum, anxietates inquietationesq;, & spiritus offendens in ea quæ sursum fit aeris latione frequens uel magnus, supercilia quadamtenus amplificantur, deliquia animi fiunt, uestium a pectore reiectiones, manuum tremor, atq; in

terdum labij inferioris concussio.

Vniuersa hæc contingere his ait q perperam cibati sũt a medicis. qui primis diebus exiccatos ægros die tertio vel quarto vel quinto vel sexto repente ad edulia non peracto morbi vigore permutauerũt. Quasi peracto morbi vigore, conuenienter eos victum p mutasse dicat. Quod autem dicebat: (Permutare quidem opz sanorum victum in morbis, neq; tamen temere id agendum.) Iam patere ex prędictis arbitror. Nempe cum vna quidem corporis conditio sana sit, altera q̃ a morbi initio ad statum vsq; extendit, mox & tertia quæ ad perfectam vsq; morbi solutionez sese ꝓrogat, deinde & quarta quæ totius conualescentiæ tempus adusq; sanitatis habitum occupat, in nulla harum quatuor conditionum p mutationes victus ĩsignes facere oportet, nisi prius in alteram cõditionis speciem peruentum sit. Qui igitur ægros morborum exordijs in omni ciborum abstinentia seruant, si ad vigorem vsq;

talem victus speciem seruare possint, nemo eos culpauerit. Quod si facere non possunt ob interlabentes ægrorum vires, quod perperaꝫ inedia vtantur προταριχεύσαντες, id est exiccātes ægros palam est oībus. Hoc auteꝫ verbo abstinentiæ importunitatem plus iusto corpus exiccantem euidenter demonstrat. vbi etenim quo tempore ꝓpe vigorem tenuius cibandum fuit, in eo cibum dare coacti sunt, ꝙ ægros abstinentia imoderate exiccauerunt est manifestū, quod vocat ταριχεύεσθαι. Ob id igitur modo cibandi huic succedere ait symptomata multa, & praua: quæ oīa continuata recenset serie a biliosis crudis exorsus. Nempe biliosa cruda ita appellauit, qm̄ & excrementorum coctionem appellat, quāq̄; mutata nutrire non possunt, vt bilis vtraq; & qui græce ἰχῶρες dicuntur. Verum tamen qm̄ & talia euincit natura cocta quidem vocare consueuit Hippocrates excrementa hmōi, quæ a natura ipsa euicta sunt, cruda vero quę nō

ſunt euicta. Ob id & pus in phlegmonis quæ concoquuntur fieri ait, quāq̃ pars nulla ex pure alimoniaꝫ accipiat, veluti accipit ex crudis appellatis humoribus & pituita, quæ reliquum perfectionis aſſecuta & prorſus cocta, corpus nutrire poſſunt. *Sic* igitur bilioſoꝝ humorum cōcoctio exiſtit, vt ſanguinis qui in phlegmone eſt in pus migrantis: intelligentibus nobis coctiōis nomen in ſuo vniuerſaliore ſignificato. Eſt autem vniuerſalius, cum natura cauſis fortior fuerit, permutaueritq́; eas ſuo robore. Quæ igitur veluti in anima carente corpore putreſcūt, nihil ad permutationem conferente innato calore a concoctionis ratione degenerant. hoc ſane contingit aquoſis his humiditatibus quæ per vrinas excernuntur: atq; ob id crudas vrinas concoqui dicimus, quāq̃ corpus ex coctis vrinis ali non poſſit. Generali præterea hoc concoctionis ſignificato vtimur, cum vel catarrum, vel coryzam, vel fluētes ex his humiditates, vel eas quę ex ocu

lis manant, aut crudas aut coctas esse dicimus. Ad hunc modum & bilem vel crudam vel incoctam, vel coctam esse pronuntiamus. Cruda quidem flaua admodũ est & acris & male olens. Cocta autem & pallidior, & minimuȝ male olens. Bilem igitur crudam incoctamq;, ait ad ventrem de necessitate confluere, quæ ob prauam victus rationem tum ex capite tum ex thorace trahitur, idq; cum fame ægros necant, nullo vtili solatium ventri præstantes, atq; cum ex inedia ad validos cibos ꝑpe vigorem intempestiue transeunt. Recẽset deinceps & symptomata alia, quæ prauam ob victus rationem oriuntur. In primis quidem vigilias, quæ longam inediam, ciboſq; ĩtempestiue exhibitos consequuntur, quæ vtroq; nomine medicoruȝ culpant victus rationem. Q ð autem vigilias morbi cruditas consequatur, manifestum sane existit si somnos concoctio sequi debeat. Cæterum (Pertristes) inquit fiũt, tum ob longam inediam, tum ob va-

lidum repentinum alimentũ quo grauatur venter, grauatusq́; languidos reddit & mœstos. Adde ꝙ & (amaros) fieri ait quippiam manifeste præfato cõsimilem astruens, vt etenim sunt qui ex melancholia tum languidi tũ mœsti fiunt, sic alij quidem sæpius acriter excandescunt, tanq̃; collecta aceruataq́; in stomacho bile. Vel sane cum amaros fieri ait, eam quæ in ipsoꝝ ore ex tali bile fit amaritudinem indicat. (Desipientiæ) & acres excandescentias & bilem amaram vel in stomacho, vel in cerebro collectam, consequi natæ sunt. (Incerti & discurrentes lucis splendores qui μαρμάριγες græce dicuntur) oculis fiunt propter eam quæ a ventre est exhalationem euaporationemq́;, & propter sanguinis qui ad caput fertur, abundantiam. Atq; ex his prius quidem ex importuna interdum fit ciborum oblatione, alterum autẽ propter eam quæ cõmodo futura sit sanguinis eruptionem, vel delirium iminens. Consimiliter & (aures sonis i-

plentur,)tum propter eos qui a ventre sursum feruntur; vapores,tum propter flatuosum spiritum,qui in capite ipso oritur. (Corporis extrema) quæ sunt pedes & manus prompte pfrigere,male habente ventris ore haudquaq; nos præterit,vtpote cum vel propter longam inediam vehementer a mordentibus mordetur humoribus,vel ob importunam cibi multitudinem grauat. Patitur autem vtrūq; ex ea quæ ante dicta est victus ratione, qua medici ægros primis diebus vbi fame exiccauerint,tunc cum tenuiter cibandū sit, ad frumentacea repente transeūt edulia. Ob eandem rationem neq; eoruz qui ita cibantur,vrinę concoquuntur. Nam in ea quæ citra vel cremoris pti sanæ,vel melicrati vel oxymelitis oblationem fit exiccatione,sanguis propterea q nō purgetur bilescit,pptereq; subitam ad esculenta permutationem venter compatiente ipsi facultate vitali grauatur. Quo fit vt stomachicæ appellatæ syncopæ manifesto nobis indicent

dicent

dicent facultatis vitalis ad os ventris cō dolentiam. Hoc ſiquidem tum magis tum primum ex importunis, tum inedijs tuꝫ cibis affligitur. Ob id igr̄ (Sputa, & tenuia & ſalſa, & parua & ſynceris coloribus fieri ait, & ſudorem circa collum dūtaxat, & anxietatem inquietationemque & ſpirandi difficultatem.) Crudus ſiquidem manet morbus pp exceſſum vtrunq;, longam .ſ. inediam & intempeſtiuam cibi oblationeꝫ. Cruditatem aūt ipſam conſequuntur ſputa cōmemorata, veluti & circa collum ſudores, virtute & ob famis anginam langueſcente, & ob cibum intempeſtiuum grauata. Conſimili modo & anxietas inquietatioq; quam græce ἀλυσμὸν dixit, cōe eſt vtriſq; ſymptoma, & ob longam inediam quæ ventrem humoribus replet, & pp cibum intempeſtiuum grauantem. Verꝰ ſpirandi difficultas qua ſpūs offendit, ob cibum intempeſtiuum magis q̄; ob indigentiā oritur. Nam ſpūm inter inſpirandum, & offendere & quaſi ſiſti, tuꝫ anguſtias

tum conuulsionis est nota. Latio eteni quæ sursum fit expirationem facit. Tali aũt spũi ꝯrium tum in secundo tum in tertio de morbis populariter vagantibus libro percurrit inquiens, Duplex intro reuocatio veluti aspirătibus. Qđ aũt ob cibum intempestiuum & non pp penuriaꝫ talis fiat spirandi difficultas, patet ex sermone Hippocratis spũꝫ frequentem vel magnum valde perperam cibatis fieri afferentis. fit siquidem frequens magnusq́; acto in angustiaꝫ septo transuerso ab ea quæ in ventre continetur alimonia, cum videlicet neque victa, neq; probe a ventre confecta inflationem parit. Nempe tunc ob septi transuersi angustiam de necessitate minus aeris inspiratur, quanq̃; thorax se ea qua prius dilatabat, dilatatione dilatet. Ergo quod nunc aeris deest priori qui inspirabatur, id deficientem diminutumq; respirationis vsum facit, atq; ob eam rem animal maiorem respirationem facere cogitur, vel frequẽtiorem, vel vtranq;. Dictum aũt abun

de de ſpirandi difficultatibus oībus in libris de ſpirandi difficultate, vbi tum harum tum aliarum difficultatum ſpirandi cauſas vna cum propriis demonſtrationibus ſcripſimus. verum q̄ɜtum ad pn̄s attinet, hæc ſufficiunt. Ait præterea & ex præpoſtero cibatu ſupercilia quadātenus amplificari. Verum id bifariam ſcriptum inuenitur. Nempe in quibuſdam exemplaribus ſingulari numero ad hunc modum, (*Superciliū quadātenus amplificatur.*) In cæteris vero pluraliter, (*Supercilia quadamtenus amplificantur.*) Significatur autē ex ea dictione ſupercilia ipſa quodam modo euelli vel retrahi. Fitqɜ illud interdum quidem ambobus conuulſim intentis, aut altero ſolo: interdum aūt & altero reſoluto. Deinceps ait deliqa animi fieri, ſermonem ad ſymptomata referens, per quę & veſtium reiectiones fiunt ardentibus ægris. Interdum aūt & manus totæ tremulæ fiunt, plus aucto malo. Concuſſio aūt labri inferioris, morſum in ore ventris vehemen

tem signat. Quo fit vt tale symptoma vomitus acriū humoꝝ ēt signū sit. 45

Hæc si ab initio apparuerint, delirium graue vehemensq; indicant, atq; vt plurimum ægri moriuntur.

Dicta, inquit, symptomata si circa morborum initia fiant, delirium vehemens denuntiant. Morbi initium nūc intelligere op3 totum illud tp̄s in quo nondum existunt concoctionis notæ. Nempe & in libris de iudicationibus dictum est nomen principij & plura significare, & significatum qd' nunc dictum est, s̄m eam esse diuisione3 qua morborum tpa diuidentes morbos ipsos constare ex principio, augmento, vigore & declinatione asserimus. Ergo cum nuper dicta symptomata vbi ꝓpe morbi vigorem apparent, iudicationem futuram cōstantibus in morbis significent: sane si in principio fiant, iudicationem quidem non denuntiant (nihil. n. in principio iudicari pōt) sed deliri notæ existunt. Scriptu3 aūt & de

his abunde in libris de iudicationibus ex quibus totum qui de his est sermonem perdisces, cuz illic plenior sit q̃; vt nunc oĩno percurrere oporteat. Sed sane vt in cęteris, ita in his summatiz per stringere satis erit. Ergo quoties nã ad excretionem properat, effatu digna in corpore fit permutatio, ob quam symptomata hmõi cuz manifestissimis coctionis signis apparent. Verum cum perturbatio efficitur silẽs, nullo a natura ad infestantium excretionem facto apparatu, tunc periculosissimum est signum. Dictum iam & cæteris in commentarijs de κρισίμοις, id est iudicatorijs symptomatis qualia sint, & quęnaz ipsorum nã, & quonam pacto ab his differant quæ ἐπιφαινόμενα, id est superapparentia vocantur, quo in genere erunt & ipsa coctionis signa. Nempe & prognosticum, & libruz de humoribus, & aphorismos iam ante hunc librũ exposuimus. Sane semper de his eadem dicere ad eum spectat qui prolixioribus vti ꝯsueuit sermonib⁹. 46.

Qui aūt euadunt, hi vel cū abscessu vel sanguinis e naribus fluxiōe, vel pu ris crassi expuitiōe euadūt, neq; aliter.

Cum mori ipsos dixit, non simpliciter dixit sed vtplurimum ascripsit. quapropter quonam pacto quidam ex ipsis seruentur dicere sequens erat. quos nunc percurrit, atq; quosdam ex ipsis seruari ait, aut per sanguinis eruptionē aut per abscessum, aut puris abunde cocti expuitionem, simul quæ retulit ægros in hmōi symptomatis incurrere propter multitudinē significans. 47

Neq; sane horum ita peritos video medicos, qui vt oportet dignoscant eas quæ in morbis cōtingunt virium infirmitates, & quæ ob vasorum inanitionē quam κενεαγγίην *dicunt, & quę ob aliam quampiam irritationem, & quę ob* πόνον *, id est laborem, & quæ ob morbi acumen fiant. Quas item natura nostra habitusq; singulis affectuum spēs,*

omnigenas fabrefaciat, quãuis cognitę salutem, & mortem ignoratæ ferant.

Qm̃ de ægri robore imbecillitateq; sermonem fecit qui victus scopi sunt non contẽnendi, ob id nunc sermonez de imbecillitate repetit, quibus hęc fiat modis medicos cognoscere debere asserens. Nempe q̄ quædam fiat ob vasorum inanitionem, hoc. n. vocabuluz κενεαγγία id proprie & primum significat, atq; ob id ἀσιτία, id est ciboruz abstinentia κενεαγγία, id est vasorum inanitio sæpius dr̃, tanquã noĩe gñis ẽt in specie hoĩes oẽs vti consueuerint. Alia aũt ob πόνον, id est laborem seu ꝑprie dictum vt dolori idem sit, seu vt quispiam dixerit, malam affectionez, qua in acutis morbis male ægri afficiũtur. Aliam præterea virium imbecillitatez ob aliam quandaz fieri ait irritationẽ. Nam si morsum dixit vel ventris, vel intestinorum, symptoma hoc sub dolorum noĩe intellexisse est visus. Verũ si vel vigilias vel oris ventris affectio-

nem dixit, non proprie interpretari visus est. Cæterum virtus exolui vr̄, & ob euacuationem quæ fit vel sanguinis eruptione, vel vomitu, vel deiectionibus, vel sudoribus, & ob longiorem q̄; par sit inediam, & pp tum dolorem aliquem, tum vigilias, tum assiduas purgandi ventris suscitationes, atq; ēt cuꝫ os ventris ita affligatur, vt syncope insultet, idq; vel pp grauantis alimoniæ multitudinem vel contristantem quādam ipsius qualitatem. Nempe hæc virtutem celerrime tum fatigant tum dissoluunt. Oēs igr̄ hæ virium offensę ex manifestis quidem fiunt causis: sed aliæ ex nō manifestis. vt qn̄ absq; manifesta vacuatione vel vigilijs vel inedia, vel oris ventris sensu, ægri ad talē subtrahuntur corporis affectionē, quā in prognostico scripsit Hippocrates inquiens, (Naris acuta, oculi cōcaui, collapsa tpa.) & quę deinceps sunt. Nam hęc corporis conditio fit quidem & ob vigilias & ob excretionem quandam quæ multa sit, & ob inediam. fit quoq;

& abſq; his, cum, ſcilicet corporis humores tenues fuerint, & febris calor acris. Nam euaporantur qui ita extenuantur per inſenſibilem euacuationē. Cæteris autem & ob intemperaturam principis vnius partis affectæ imbecilla redditur facultas. Primum ſiquidē affecta prima laborat, deīde affectuū participatione & reliquæ duæ. Didicisti enim vnam eſſe in neruis facultatē quæ principium habet cerebrum, alteram in arterijs cui⁹ principium eſt cor: tertiam vero in venis quæ ex hepate oritur. Ergo partis vnius quęuis illa fuerit, intemperatura propriam interdum facultatem violauit, cui affectus participatione conſenſerunt reliquæ duæ facultates. Velociſſimæ igitur fiunt, corde patiente, mortes. Deinde, affecto cerebro. Tardiſſimæ ab hepate, ꝓdeunt. Vt enim partes hæ intemperie affectæ maximam facultatis vnaquæque ſuæ offenſam incurrunt: ſic partes aliæ principio vnicuiq; propius appoſitæ ſi forti intemperatura affli-

gantur, virtutum principia ad sympathiam agunt. Sunt etiā aliæ quæ quāuis propius appositæ non sint, ob generalem tamen cōmunitatē vel quandam affectionis proprietatem partes virtutum principia continentes lędūt. Os igitur ventris cum vitalem facultatem ad sympathiam agit, syncopas infert: cum vero proprie animalez appellatam, desipientias vel conuulsiones. Vterus iterdum & apnœas, quas non spirationes prope dixeris: interdū & neruorum contensiones. Veruz singula hæc completa simplr cognoscuntur: cum vero fiunt & sensim increscūt medicos plerosq; latent. Quę sane nō quando ob magnitudinem auxilio iā carent, tunc cognoscere oportet, quod vulgo contingit, sed & cum incipiunt, & fiunt: hoc siquidem optimum est. Quod si fieri non potest, saltem oīno cum increscunt, dignoscere est necesse. Sane hæc omnia Hippocrates significasse mihi videtur, cuz inquit: (Quas item natura nostra habitusq; singulis

affectionuȝ species omnigenas fabrefaciat.) vbi naturam temperaturam dixit, & habitum ſtruem corporis compoſitionemq́;. Nam qui raram ex natura habent texturam, tum euaporantur, tum ſyncopā facile incurrunt. Qui vero denſiore conſtant textura, hi in morbis cunctantur, diutiuſq́; trahunt. Sic autem & partes nonnulli habent, alias quidem frigidiores, alias calidiores, alias ſicciores, & alias humidiores: ſed omnibus peculiare temperamento malum.

48.

Ingens ſiquidē malum eſt, ſi ob laborem morbiq́; acumen imbecillitato porrexerit quis potum vel ſorbitionem copioſiorem, vel eſculentum, imbecillitatem eam ex vaſorum inanitione contigiſſe arbitratus. Neq; ſane calumniā effugere pōt, qui ægre valentem ex vaſorꝝ inanitione nō cognoſcit, torquetq́; victus genere. Periculū ſiquidem ad-

fert erratum hoc: sed longe minus q̃ alterũ, atq; risu dignũ magis. Nam si medicus alius vel plebeius ægrum interuiserit, cognoueritq; ea quæ contigerunt, dederitq; tũ edendum tum biben dum quod alter vetuerit, is præsidium attulisse existimabitur. Talia aũt maxime ab his vituperantur hoĩbus, qui res ad nigrũ vertunt. Nempe qui ægrũ interuisit vel medicus vel plebeius, hunc a mortuis suscitasse ipsis videtur.

Ob dolores sæpius ægri sine pulsu redduntur, animiq; deliquia incurrũt, & nullo pacto queunt moueri: similiter & ob morbi acumen. *S*unt autem quibus non ob hæc virtus offenditur, sed ob vasorum quolibet factam euacuationem. Siue igitur ob euacuationem sensui manifestam, siue ob eam quæ per halitum fit discussionem, siue ob inediam virtus labefactata fuerit: qui ita affecti sunt, cibari quam ce

ſerrime expoſtulant. Contra autem q ob dolorem vel morbi acumen parū valentem habent facultatem, vacuatione interdum magis q̄ repletione indigent. Imo qui cibuz his exhibet, maximum adfert detrimentum. Verum qui ex vaſoꝝ inanitione parū valent, hos ſi quis diæta tenui preſſerit, lædet: quāq̄ non æque euidenter vel celeriter, Ignorare autem ſi æger parum valeat ob vacuationem, magis q̄ ob dolorem, probro vertitur: Cætera dictionis manifeſta ſunt. 49.

Scribemus aūt & horum notas, quibus ſingula dignoſci poſſint.

Rurſum & hic pollicetur Hippocrates, ſicuti paulo ante, ſe librum alium quēdā de morbis acutis ſcriptuꝝ. 50.

Similia porrò his quæ ventriculo contingunt, hæc exiſtunt. Nam ſi corpus totum præter conſuetudinem valde quieuerit, non confeſtim robuſtum magis euadit: quod ſi diutius otiatum

ad labores ſeſe repēte verterit, vile pro fecto quippiam euidenter operabitur. Ita de cæteris corporis partibus eſt exi ſtimandū. Nempe & pes, & cæteræ quæ articulis prædítæ ſunt partes la- borare non conſuetæ, tale quippiā pa tiuntur, ſi poſt longum tempus ad la- borem ſubitò ſe vertant. Hæc tolera- bunt oculi & dentes, & quicquid hu- iuſmodi eſt: prçterea & cubile prçter conſuetudinem & molle & durum, la borem facit. Quod item ſub diuo eſt, præter ſolitum corpus indurat.

Rurſus ad inſtitutum redijt Hippo crates, abſoluto de virtutis imbecillita te ſermone, quem per digreſſionem a priſtino mutauerat inſtituto: aitq; quç nunc dicuntur ſimilia quodāmodo eſ ſe his quæ ventri contingere dicta ſūt. Nempe ſcopum dirigit ad ſummam eam in qua mutatiōes ſubitas magnā languentib⁹ adferre læſionem aſtruit.

Quod autem hoc in loco scribit, hmõi est. Vt venter diutius omnino otiatus functionem perficere probe non pôt, nisi prius sensim rursum assuescat, & suas exerceat operationes: sic corpus vniuersum, singulæq; aliæ partes. Deinde & partes aliquas serie continuata nominatim commemorat, atq; tandẽ in fine sermonis, eius quæ in cubili fit mutationis mentionem fecit, astruens sane & nũc quod ab initio de ꝯsuetudinis mutatione est ab eo ꝓpositũ. 51.

Sed horum omnium exempla quædam perstringere satis fuerit. Nam si quis vlcus neq; admodum insigne, neq; valde vile in tibia acceperit, fueritq; homo cui neq; admodum difficulter, neq; valde prompte ulcera sanentur, & prima protinus die ita iacens curetur, vt nequaq̃ crus tollat: hoc sane pacto sine inflãmatione manebit, citiusq; sanitati restituetur, q̃ si delinquens curetur.

*Quod ſi vel quinto, vel ſexto, vel ſupe-
riore adhuc die ſurrexerit, atq; ambu-
lare voluerit, magis laborabit q̄ ſi ſta-
tim ab initio errās curatus fuiſſet.* Por-
*rò ſi & multum & repente ſe fatiga-
uerit, multo magis laborabit q̄ ſi ita cu-
ratus in diebus huiuſmodi ſeſe laſſum
& defatigatum reddiderit.*

De repentina adhuc mutatione vt antea in exemplis alijs, ita & nunc in vlcere ſermonem facit Hippocrates. Nam ſi quiſpiam (inquit) vlcus in tibia habens, qui & quieſcere & iacere indigeat, quiete ambulet (hoc enim ſignificat πλανωμένως ἰητρεύοιτο, id eſt peccans curetur) lædetur quidem prorſus: ſed minus q̄ qui primis dieb⁹ quieuerit, deīde ſubito circa quintum vel ſextum vel diem etiam ἀνώτερον. id eſt ſuperiorem, tertium vz vel q̄rtū ambulare cœperit. *Sunt* qui vocabulum hoc ἀνώτερον de ſequentibus dici diebus exiſtiment, ſeptimo. ſ. octa-

uo &

ćto & nono: quod si ipsis placebat, eos principium dictionis per ε & ξ. ἐξώτερον & non ἀνώτερον per α & ν. Quale aũt inquiunt, tale fieri non valet vlcus, vt .s. non parum ledatur qui septima vel octaua ambulare cœperit, & antea qe uerit. & grauiter dixerim si vlcus magnum fuerit, vel laborans fuerit vnus ex his quibus vlcus difficulter curatur, & magis si ambo cucurrerint. Quod si neq; vlcus magnuz fuerit, neq; laborans fuerit cui difficulter vlcera curentur, curetur autem conuenienter. (naz & hoc subaudire in sermone opz) iam circa septimam aut octauam bene habebit, & ambulare citra læsionem poterit. Quam ob cãm sermoni adiecit, (Vlcus neq; admodum ἐπίκαιρον. id est notabile insigneq;, neq; valde εὐήθες, id est vile. simplex .s. εὐήθες vocãs. Fueritq; item (homo cui non admodũ difficulter vlcera sanentur.) Is siquidez si nihil aliud circa curationem erratuz sit, solum qz mediocriter ambulet & incedere indigeat, lædetur quidem; sed

non ita grauiter vt ſi primis diebus q̃e-
uerit, mox tertia vel quarta vel quinta
vel ſexta obambulare cęperit. Qui ve-
ro magnum vlcus habuerit, & is ſit cui
difficulter vlcera ſanentur, non medio
criter, ſed grauiter lædetur ab initio ob
ambulans, veluti & qui paruum vlcus
habuerit, atq; is ſit cui faciliter admo-
dum vlcera ſanentur, ſi primis diebus
quieuerit, & quinta vel ſexta ambula
re cœperit, non grauiter, ſed mediocri-
ter offendetur. Ob eam igitur cauſam
Hippocrates de eo qui in vtraq; oppo
ſitione medium obtinet ſermonem fe
cit. Oppoſitionem aũt dicit tum eam
quæ in magno & paruo vlcere compe
ritur, tum eam qua homo dr̃ δυσελκὴς
& εὐελκὴς, id eſt cui tum difficile, tum
facile vlcera ſanantur. Qđ nihil referat
dicere inſigne vlcus, vel magnum, pa-
lam eſt. Nempe ἐπίκαιρον, id eſt inſi-
gne, pp loci nãm tale fit. Magnum ve
ro virtute perficitur ẽt ſi ſectione cor-
poris paruum vel ipſa ſectionis magni
tudine inſigne fiat, εὐηθες vero, id eſt

vile qđ simplex est & paruum vel pp loci nām quæ vilis & abiecta est, vel pp sectioné ipsam paruā factā dr. 52

Oïa igitur hæc inter se subitā oēm supramodum huc & illuc mutationem nocumentum inferre perpetuo testant.

In exemplis singulis præsentis sermonis mentionem facit Hippocrates, qua pp & nunc in exemplo quod de hulcere facit, idem est exequutus. Nēpe διὰ τέλεος, id est perpetuo idem significat quod διὰ παντος & ἀεὶ, id est vbiq; & semper. 53.

Multiplex itaq; in ventre est læsio. Nam si ex multa vasorū inanitione repente quid plus iusto ingeratur, similiter si reliquum corpus diutius otiatum subito ad laborē vehementem sese verterit, multo magis lædetur q̄ si ex multo cibo ad vasorum inanitionem transferat. Corpus reuera his cessare oportet, etsi ex multa fatigatione subito ad

otium ignauiamq́; desciuerit. Oportet autem & illis ventrem a ciborum cessare multitudine, alioqui læsio in corpore fiet, corpusq́; totum grauabitur.

Quod primum oĩum demonstrare decreuerat, id de subitis in vẽtre mutationibus fuit. Deinde ab hoc ad generalius q̃ & vniuersalius dñt transiens, de repentina omni consuetudinis mutatione hucusq; percurrit. Nam cuz specialiora in generalioribus & particularia in vniuersalibus contineantur, ventrisq; permutatio cum subita oĩuz mutatione demonstrata sit, nunc rursum ad ventrem reuersus mutationuz quę in eo fiunt differentias edocet. Ait que longe grauiorem in victus mutatione esse læsionem cum ex multa inedia transmutatio fuerit. Simile huic fieri in toto corpore depreheditur. Nã minus læduntur qui ex motione ad qetem subito transeunt, q̃; qui ex quiete ad motionem demigrant. Rursum & hoc in loco permutationis intempesti

uæ emendationes correctionesq́; velu ti & in pręmissis adscribit, quanq̃; id ad pñtem non videatur pertinere specula tionem. Quæ aũt adscripsit, hæc sunt, Qui ex motu quidē actioneq; in otium segnitiemq; transeunt, eos ἐλλινύειν, id est cessare & toto quiescere corpore præcipit, qđ idem huic sniæ existit, (vbi fames, laborandum non est.) Verũ qui ex multa fatigatione ad quietē transeunt, eos pauciora ingerere iubet, quod est & ventriculũ quiescere. Qm̃ qui toto corpore nõ laborans cõsueta ingeret, is multitudinem subalet. Qua efficitur rõne vt totũ corpus grauetur, laboretq́. πόνος, id est labor nũc Hippocrati læsionem indicat, multis particularibus læsionibus genus existens.

54.

Demutatione quę in hæc vel illa fit, plurima sum loquutus, qđ reuera hæc nouisse cõmodissimum sit, cum ad omnia, tum ad id de quo nunc agitur. Nã & in morbis acutis ex vasorum inani-

tione ad sorbitiones transitur. Transeū-dum quidem pręcipio ego, sed sorbitionibus haudquaquam vtendum prius q̄ morbus ad maturitatem perductus fuerit, aut signum aliquod aliud apparuerit, vt in intestinis vacuatoriū vel proritatorium, vel in hypochondrijs qualia scribentur signa.

Rursus sermonē totum in summā vnam coegit Hippocrates. In habentibus quidem similiter victū haudquaquam permutare pręcipiens, verum in his qui ex sanitate ad morbum transeunt permutare quidem, non tñ vt cæteri permutant. Deinde cōpendio quodam victus scopum in acutis morbis declarauit. Nam si morbus maturuerit transeundum ad cremoris ptisanæ exhibitionem præcępit: & si adhuc crudus fuerit, non transeundum, nisi forsan symptoma aliquod qđ vires prosternat apparuerit, vt vel vacuatio ventris immodica, vel aliud quippiam qđ

proritet. Cōi autem proritationis noīe comprehendit oīa quæ quouiſmodo virtutem adinfirmitatem agunt. quo in numero cenſentur & morſus quem acris humor ſiue ī inteſtinis ſiue in vē triculo & preſertiꝫ ipſius ore parit, & vigilia, & ira & mœror, & lūbrici elmyntes qui ab inteſtinis ad ventrem vſq; aſcendunt, & cutis totius aut membri alicuius qui nocte aggrediatur pruritus: ita vt virtus non ſolum ob irritationem, verum quoq; & pp vigilias exoluatur. Præterea inquit, (Vel in hypochondrijs qualia ſcribentur ſigna.) Nā & ipſa dandam vel non dandam cōmonſtrabunt alimoniam. Fieri ſiquidem pōt vt intelligatur vtrunq;: ſed alterum magis pro ſermonum intelligētia. Nempe præcipiens a ptiſana abſtinendum ante morbi maturationem, cū. ſ. æger ſufficere poſſit, adiecit, (Niſi ſignum aliquod apparuerit vel in inteſtinis vacuatorium aut proritatoriū, vel hypochondria qualia ſcribentur,) tanq; hæc cremoris exhibitionem an

te morbi maturitatem admoneát. Forte hypochondria dicit quæ vehementer exaruerunt, & squalida admodum existunt. Talia nempe contingunt & mortiferę faciei de qua in prognostico dixit, (Naris acuta, oculi cõcaui. & collapsa tpa.) Nempe is signorum cõcursus hypochondrium hēt ita compressum, vt quempiam ex inexercitatis fallat, tanq̃ reuulsum videatur. Veꝝ apprimi vehementer ob siccitatem, & pp phlegmonem reuelli idem non finit, quanq̃ exuperans corporis siccitas tẽsionem septo transuerso & hypochondrio pariat maiorem. Sed maxime animaduertas distinguasq; a siccitate phlegmonem q̄ sanatio non vna sit, oportet. Nẽpe qui hoc ipsum ob phlegmonem habent, tenui egẽt victu: qui vero ob siccitatẽ, ꝯ̃rio, vbi sępiuscule paucum exhibemus ptisanæ cremorẽ. 55.

Fortis vigilia, potus ciboś; tum crudos tum incoctos reddit, veꝝ ea quę in alia fit transmutatio, corpus dissoluit,

excoctionéq; & capitis grauitatē parit

Sæpius existimaui librum hunc in typis repertū, post mortē Hippocratis esse publicatum. Non secus etenim q̄ hoc pacto facta esse v̄r inordinata sermonum cōpositio. Nam q̄ ab Hippocrate inueniebant exempla: hæc in libro ad fidē vniuersalē scripta sunt alia quidem in facie alia in tergo. Neq;.n. vnicuiq; tum adscripto tu3 addito suū assignare ordinem potuit. Ergo quod ab Hippocrate impræsentiarum dicitur, id manifeste tum incompositum tum inordinatum existit. Neq; enim hoc in loco ascribendæ rei huius occasio fuit. q̄;q̄; bene paulo ante, cum de ea quæ præter consuetudinem ad cōtrarium fit mutatiōe exempla scripsit. Nēpe illis adscribi debuit. Quæ etenī ad vigiliam insueta fit mutatio crudiores tum cibos tū potus efficit. Ad somnum vero multum, eumq; studio quodam accersitum segniciem corporis & capitis grauitatem. Si enim dixit ἐφθό-εντα, id est excoctionem, & dissolutio-

nem & capitis grauitatem, verbo vno coniunctam comprehensamq; manifestat roboris exolutionem. Cómonstrat autem & nomen ἐφθότητος, id est excoctionis, quæ ob calidam humiditatem fit, non ob siccitatez. Nempe vigilia per halitum digerere & siccare, non quæ in imo sũt coquere nata est. somnus vero humectare, spiritumq; & effluuia cohibere. Non igitur absq; ratione in eorum qui plurimum præter consuetudinem dormiunt corpore halituosa redundant excremẽta: atq; ob eam rem tota ipsorum constitutio excoctis similiter exoluta redditur.

Secundi Cómentarij Finis.

GALENI IN LIBRVM Hippocratis de victus ratione in morbis acutis, Cõmentarius Tertius. Ioãne Vasseo Meldensi Interprete.

DE VINO.



Vibus autem vinum dulce vinosumque & album & nigrum, melicratūque & aqua & oxymeli insigniãtur, in morbis acutis, distinguere oportet.

Non incomposite solum inordinateque, verum quoque & diminute vinorũ catalogum fecit. Est siquidẽ vna ipsorum differẽtia in colore, Alteram qualitas in gustatu facit, Tertia consistentiam respicit, Quartã odor progignit, & quinta in virtute reperitur. Quæ ergo in colore est, ea album, nigrum, fuluum, flauum & rubrum dicitur. Verũ cum & aliæ quæ medium obtineant

ſint differentiæ, ſane vt in colore ſic in virtute permixtæ reperiuntur. Quæ autem ex vinorum guſtatu eſt differẽtia, ea in dulce & auſterum diuiditur: & ex his medium, tum quod nullam quæ manifeſta ſit habet qualitatem, tum quod ex vtraq; conſtat qualitate. Præterea & in id quod acre appellitatur. Verum quæ in conſiſtentia reperitur differentia, in aquoſum ſecatur, & tenue & in valde craſſum, & in horum medium, atq; in ea quæ medium hoc & extrema interiacent. At ſecundum eam quæ in odore eſt, alia quidẽ boni odoris ſunt, alia vero non boni odoris exiſtunt, ſed ferientem quãdam & inſuauem nacta ſunt qualitatem. alia nullo pacto odorem habent, ſed ſunt aquæ inſtar inodora. Differentia vero in facultate eſt, ob quam aliud quidẽ potens, aliud vero imbecillum, aliud medium, atq; aliud quod mediũ hoc & extrema interiacet. Vinum potens vehementer celeriterq; corpus calfacit, caputq; ferit. Imbecillũ contrario agit

modo. Quæ vero medium obtinent, nota euadunt si ab extremis distinguantur. Potens vinosum appellatur, imbecillum aquosum. Nempe in quo vinum aquam euincit, id cum in aliquo vehementissimũ esse videbimus, iure vinosum appellabimus. *Sicut* & contrarium aquosum, quod aquæ maxie in omnibus simile existit tenuitate. s. & colore & odoris carentia, & non manifesta calfactione. *Hæ* igitur in vinis propriam secundum naturam reperiuntur differentiæ. *Sunt* qui his adijciant eam quæ ex tẽpore desumitur differentiam. qua vetusta quædam sint admodum, alia recentia, & alia quę in medio horum consistant. *Sed* ꝙ differentiæ hmõi eorum sint quæ extrinsecus accidant, palam est. Nempe quatenus tẽpore acriora & calidiora fiunt vina, atq; vna cum his tum colorẽ tuȝ substantiam tum odorem mutant, eatenus differentiam aliquam in vinis tempus facere videtur. Q đ si nihil horum ĩmutetur, neq; ab aliquo vinum

vetus dicetur, neq; recens. Imo neq; nunc ita dicunt tanq; vini ipsius annis opus prima ratiõe habentes, sed tanq; simul cum annis facultatem cõmonstrantes. Non.n.ob tempus vina vel iuuant vel lædunt, sed ex propriarum differentiarum mutatione id habent. Ergo cum de vinorum agimus differẽtijs, temporis mentionem facimus per accidens, & non proprie neq; primuz. Cæterum inter proprias vinorum differentias quędam iuuant læduntq; prima ratione, aliæ non per se proprieq; sed per accidens. Dulcedo quidem & austeritas propria ratione, sic tum potentia, tum imbecillitas, tum tenuitas, tum crassities. Sed differentiæ quæ tuz colore, tum odore desumuntur, nõ primum, sed per accidens: quoniam vinorum hæc quidem & aquosa & alba & fulua & nigra, alia aquosa & inodora vt aqua, vel instar aromatis vnguẽtiq; beneolentia. Si igitur vinorum hæ sint differentiæ quæ & ſm propriam virtutem & per accidens numerentur,

iam tibi cōstat de eo tum ordinis tum numeri qui in præsenti dictione sit defectu. At si in sequentibus omnium quæ cōmodæ sunt, differentiarum me minisse Hippocrates videtur, veniam inter exponendū defectis dabimus. 2.

Vinū dulce vinoso minus caput grauat, minusq́ mentem ferit. atq́ quouis alio facilius per intestina descendit, lienem tamen iecurq́ tumefacit, picrocholisq́ nullo pacto est idoneum. Nempe *is sitim facit, superiusq́ intestinum inflat, non tamen inferiori pro flatus ratione est inimicum, etsi non admodum penetret qui a dulci vino est flatus, sed diutius circa hypochondria moretur.*

Vinum dulce secundum gustandi qualitatem nominatur, qua & austero & acre, vt aquosum prætermittamus quod non omnino ab astringente degenerat. tametsi languidā exolutamq́ habeat astringendi qualitatem. Nam

si aquæ comparaueris, percipies mani feste ex ea comparatione gustum hu iusmodi vinorum, eoruz esse quæ mo dicam nacta sunt astringétiam. Aquo sum autem vinum appellát homines quod aq̄ tum colore tū substantia si mile est. Perspicuum siquidem vt aq̄, splendidum & purum & substantia te nue videtur. Protinus autem & facul tate aquæ simile existit, neq; imbecil lum caput feriens, neq; infirmos ner uos, quando ne quidez manifeste cal facit. Sed de vino hoc rursum tractabi tur. Dulce igitur vinum hoc quidé mo do ab ea quæ in gustu reperitur qua litate est nominatuz, sed multis nume ris ab aqua & colore & substátia reces sit. Neq; enim tenue exquisite neq; al bum vidisti aliquando vinum dulce: sed plus minus dictis recedit, & neutꝛ horum habet. Dulcia autem vina ma xime sunt theræum & scybelites, cras sa vtraq; & nigra. Dulcia quoq; & ea quæ in Mæonia sunt, therinum & ca rymum tanto dictis & crassitie & nigri

tie supe

tie superiora, quanto dulcedine inferiora. Præterea quod epsema & sireon a Grecis, & a Latinis sapa appellatum ex cocto musto conficitur, quo dulcius vino perficitur, eo & colore nigrius & substantia crassius apparet. Quarto autem de simplicium medicamentorum viribus dulcem omnem saporem a caliditate quæ non immoderata & vehemens sit, fieri demonstrauimus, sicuti & acrem in vehementer calfacientibus. Acrimonia siquidem horum est inseparabilis. In vsu vero vinum dulce mediocriter calfacere videtur, sitimque facit propter tum caliditatem tum crassitiem. Ita sane & mustum quo diutius in igne versatur, eo tum crassius tum nigrius tum dulcius euadit. quanquam supra modum coctum amaritudinem contrahat, quo modo & mel ipsum: quod quanquam omnium dulcissimum sit, longa tamen coctione amarum redditur. Sed vt iam retuli de qualitatibus omnibus gustabilibus in quarto de simplicium medicamentorum viribus est tractatum, atque hoc

in loco vt in alijs super Hippocratis libros expositionib⁹ non demonstrationes sed conclusa tm̄modo recenseo. Cum igitur vinum dulce viscus calfaciat, sitq; vt dictum est substantia crassu3 particulares ipsius facultates quas epotum cōmonstrat, secundas qualitates consequuntur. Color siquidem sua ratione nullo pacto vel iuuare vel lædere potest. Ergo vinum huiusmodi pro substantię crassitie tarde meat. quapropter tantum abest vt ex obstructis partibus, aliquid adimat, vt etiam obstructiones adaugeat. Atq; ob id hepati adfecto maximum adfert detrimentum, presertimq; vbi vel phlegmone vel scirrus occupauerit. Sed moderatius lædit vbi vel ab humorum crassitie viscus oppilatur, vel propter imbecillitatem afficitur, vti in affectionib⁹ quæ proprie hepaticæ nuncupantur. Post hepar lien a vinis crassis læditur. non tamen pulmo cum bronchia crassum habent humorem. Nempe in hepate ex amplis portę vasis ad angusta

strictaq; vasorum tuz gibbę tum simæ proceditur extrema : per quæ eorum oium quæ in corpus totum digeruntur transmeatio fit. At in pulmone cotrario euenit modo. Nam per venas multas digesta confectaq; in amplam bronchiorum & primo minorum irruunt capacitatem: atq; ab his ad maiora excipiuntur, secum & crassos tollentia humores, quibus non calidiora solum, verum quoq; & tenuiora existút. Scis autem pulmonem ipsum ab humoribus crassis viscosisq; per tusses expurgari. Nam qui aquosi sunt, & exqsite tenues, aerem qui tussiendo extramittitur, circúfluunt. Aer etenim tanq; manus quædam existit, quæ sursum crassos humores secum ferat. Sed crassitiem humoruz talem esse oportet vt ab aere sursum ferri possit, & non vt lutum bronchijs illitam esse & infarctaz. Ob id sane viscosos hűores tusses non expurgant. Nempe manent & interna visci instar occupant bronchia. Ergo quæ ad deductionem eorum qui in

pulmone cōtinentur. crassiorum humorum futura sunt idonea medicamenta moderata humiditatē habere debent. Quod si viscosi humores fuerint: non humiditate soluꝫ est opus, veꝶ quoq; & ea quæ ab acidis fiat succis detersione. Ob eam rem melicratum quidem ad crassiorum humorum expuitioneꝫ est conuenientissimum, oxymeli vero ad viscosorum. Post melicratum ptisana est, atq; ab ea vinum dulce, si coctis iam tum peripneumonia tū pleuritide propinetur, idq; non vexatis inflammatione corporibus. Qđ si vinū hmōi epotum sitim faciat. ad expuitionem minus idoneum redditur. Veruꝫ vt vno absoluam verbo, vinum dulce in acutis morbis ad expuitionem tum propter dictas operationes, tum ꝓpter cōmunem vinorum omnium rationē qua vires roborant, idoneum existit, & maxime his qui quæuis humida quæ tum in thorace tum in pulmone continentur, expuūt. Didicisti autem humida illa varia tum substantijs, tum qua

litatibus tum virtute eſſe in prognoſti co, vbi ſputoruʒ expoſui differentias. Nullum ſane bonuʒ aliud vinum hu- iuſmodi hʒ febrientibus propinatum. Minus tamen vinoſo quod vehemen ter calfacit, lædere poterit. Cōmodum præterea aliud, nihil hʒ præter antedi- cta niſi ꝙ ventris permeationem mo dice iuuet. Ob id igitur Hippocrates vbi a minus lædentibus quæ multa ſunt, doctrinæ exordium fecit, ad iuua menta ipſorum quæ pauca ſunt circa finem ſermonis tranſijt. Percurramus igitur quæ recenſet, dictionem ipſius perſequentes. Vinum dulce minus q̄ʒ fortia potentiaq; mentem ferire ait, id eſt minus deliria progignere, fortia ſiq dem vina vehementer calfacientia ca put humoribus vaporibuſq; & calidi- tate replēt. Vina igitur dulcia quo ma gis a vehementi caliditate abſunt, eo minus tum caput grauant, tum men- tem lædunt. Sed facilius per inteſtina deſcendere ait, & viſcera tumefacere, id eſt viſceruʒ tumores augere. Sed de

his dixi paulo ante. Præterea dulce vinum non idoneum esse ait picrocholis, id est qui amaram bilem sibi aceruant. Nempe medici χολὴν. id est bilẽ simpliciter & pallidam & flauam dicere consueuerũt μέλαιναν vero χολὴν, id est nigram bilem hoc toto appellãre & non χολὴν. id est bilem simpliciter. sed hæc quidez acida est: amara autem quę flaua. Ob eas res picrocholos appellat Hippocrates, qui redundantem habent huiusmodi bilem. Permixta autem aquosis humoribus & liquidissima & pallida vr̃. Sola vero cum existit. & crassa & flaua est. Quæ autẽ huiusmodi bilem procreant, sunt calida & sicca temperamẽta: ad cuius generationem idonei sunt & dulces omnes humores. Quo fit vt omnium horum maxime mel bilescat, ꝙ dulcissimum sit: deinde & dulcia vina. Non solum autem ꝙ caliditas multa tales humores amaros reddit propterea dulce vinum febrientibus & presertim vbi calidi & sicci temperatura fuerint, ido-

neum non eſt: verum quoq; & q̄ craſ
ſa ſint huiuſmodi vina, neq; per vrinas
velociter deſcendant, neq; cito diſſlen
tur tráſpirentq;. Quo fit vt biliofos hu
mores neq; ſecū agant, neq; excernát.
Solis ergo his vnū ineſt bonum q̄ vē
trem emolliant. quod ſi non fecerint,
omni pacto nocent. Præterea & ſiticu
loſa ſunt, hæc re q̄ facile bileſcant, cō-
monſtrantia. Flatuoſum quoq; vinū
huiuſmodi eſſe aſſerit. Nempe incale-
ſcentes craſſi humores flatum ſibi ſimi
lem generant tū vaporoſum tum craſ
ſum. Quod autem tale eſt, inflatiōes
parit. Quapropter ex tenuibus uinis
non prodit flatus, q̄q̄ interdum quip-
piam generetur, quod & tenuiū ſit par
tium & aeroſum non nebuloſum va-
poroſumq;. Cæterum dulce vinum in
ferioribus inteſtinis non eſſe inimicū
ait, q̄q̄ tarde meet qui ab ipſo eſt fla-
tus, moreturq; circa hypochondrium.
Ea autem occaſio eſt ob quā non ad-
modum turbet inferiora inteſtina, q̄a
circa hypochondrium moretur, donec

perfecte coctus & tenuatus fuerit: q̄ꝓ si semel coctus fuerit, cõmeabiliorem tenuiorumq; partium habebit naturã. Qua igitur ratione a supernis ad infernas expellitur partes, eadem ab ĩfernis extra mittitur. 3.

Vrinas si quipem hoc minus, quam vinosum album omnino mouet.

Quodnam vocauit vinosum albũ considerabimus. Nam antea vinosũ vinum tum esse tũ appellari diximus, quod iure optimo aquoso opponitur. Valenter igitur ipsũ & calfacere & caput replere & desipientias procreare & calorem febrilem augere est operæpretium. Sed vinum hmõi album nõ est, neq; cum nouum existit, neq; cum vetus, q̃n ne quidem aliud quippiam antiquorum vinorum manet album, etsi q̃; maxime circa initia tale fuerit. Imo semper fuluius redditur, & tandem flauum. Visus est ergo Hippocrates dixisse vinosum album austerum, qđ neq; vrinas mouet: sed si tale crassum fue-

rit, circa hypochondrium moratur: si vero non crassum neq; multum moratur vt nigrum. Neq; albis simul & mediocriter austeris similiter ad vrinas descendit. Nempe vina hæc vrinas cient quod vtranq; tarde per vrinas descendendi effugerunt proprietatem, tum eam quæ aquæ est quam ob frigiditatem nacta est, tum eam quam vinum nigrum propter crassitiem habet. Vinuz siquidem album & austerum minime calidum inter vina existit. atq; ob id his quæ ad ventrem fiunt destillationibus idoneum. Non tamen abunde ciet vrinas hoc vinum. At forsan Hippocrates vino huic nigrũ comparans, minus ciere vrinas ipsum ait. 4

Sputum autem alio efficacius educit quod dulce est.

Quodnam aliud dicit? vtrũne præsens ad quod dulce cõparans dixit, (Vrinas siquidem hoc minus quã vinosuz albũ omnino mouet.) At nõ hoc solum sed simpliciter omne id quod dul

ce non eſt. Cū ergo Hippocrates quā-
rum ad dictionem hanc attinet obſcu
rus ſit, credibiliusq; ſit ipſum nunc de
vinoſo albo ſermonem intelligere: rur
ſum & alia oritur ambiguitas quidnaȝ
ſit vinoſum album, ꝙ non valde ma-
nifeſtum ſit. vtrūne id quod vehemen
ter calfacit? an quod valde aſtringit?
quod acerbum Græci appellitant, ve-
luti quod moderatius, auſteruȝ. Quo-
nam igitur pacto habeat quod in di-
ctione eſt, ego in præſentiarum expo-
nam. Sputum maxime omnium vino
rum dulce educit, vbi non ſupra mo-
dum craſſum fuerit, veluti & quoties
non vſqueadeo ad fuluum ſeceſſerit,
vt exoluta in eo ſint tum craſſities tuȝ
dulcedo. Prauum autem febri auxiliū
eſt vinum fuluum, ꝙ vehementer ca-
lidum ſit. verum poſt vinuȝ dulce nō
admodum craſſum ad eorum quæ in
pulmone ſunt eductioneȝ conueniēs
eſt aquoſum vinum, virtutem ſcilicet
roborans, & humores tum humectans
tum madefaciens mediocriter. Quod

cæteris vinis omnibus innocentius fe-
brientibus exhibetur. 5

*Et ſane quibus propinatum ſitim fa-
cit, his minus quam vinū aliud educit.
quibus vero ſitim non facit, vino alio
magis educit.*

Vinum aliud nūc dixit, quod oīno
ſiticuloſum non eſt. Quare aūt vinū
ſiticuloſum minus ſputa educat, faci-
le intelliges ſi quæ antedicta ſunt ad
memoriam reuocaueris. Nēpe ſitis his
perſeuerat qui dulce vinū bibunt, qđ
febrilis calor in ipſis tum moroſior tū
maleficentior exiſtat. Qui ſi talis fue-
rit, ſputum ſiccat, craſſusq; & viſcoſus
reddit. Qđ autem ſputū huiuſmodi
difficulter educat, verbis nō ē opus. 6

*Vinū aūt albū vinoſum iā plurima
maximaq; parte laudatū quidē & cul
patū in vini dulcis enarratione. Ad ve
ſicā vero vino alio magis penetrat, vri
naſq; prouocat, & ppetuo purgat, atq;*

multū ad opē his morbis ferendā facit. Nēpe etsi vino alio ad cætera inhabilius existat, verūtamē quæ in vesica ab eo fit purgatio liberat, si propinetur quale oportet. Bonę hę coniecturę sunt de vino tū profectus, tū detrimēti. quas qui me seniores sunt, non didicerunt.

De vino hoc in dulcis vini mentione diximus, postea quā vires ipsorum comparauit, perquisiuitq́; dixi autem non paruam esse quæstionem si albū simul & austerum vinum, albuz vinosum dixit, vel quod vehementer inter vina alba calfacit. Nēpe ex vinis albis nullum valenter calfacere potest. Quod.n. summe calidum est, id continuo & flauum existit, veluti & quod ab ipso est fuluū. Mox ab his rubrū, & deinde dulce. Albū aūt minus quidem his omnibus calfacit: sed differentias particulares aliaq́; omnia pro pluris minorisq́; ratione habet interualla. Qđ autem vinuz hmōi dulci facilius

ad vesicam penetret, dictũ antea. Sed ad alia dulci inhabilius esse ait, quæ sunt ventris subductio & eductio sputorum, bonas autem has ait cõiecturas esse id est notas facultatis vinorum. 7

Fuluo aũt vino & nigro austero in morbis huiusmodi ad hęc vteris, si neque grauitas capitis fuerit, neque mentis concussio, neque sputo via concludatur, neque teneatur vrina, excrementa aũt & humentiora & ramentosa magis fuerint. In his aũt ex albo migrandum, & his quæ his similia existunt.

Dulce quidem vinum continuo & nigrum existit, non tamen nigrum oẽ continuo & dulce. Nam ex his quędã austera sunt, qualia apud nos in Asia ꝓpe Pergamũ in Perperine & Aegis. Quod autem in Cilicia est albates, austerum simul & dulce existit, qualitatibus constans contrarijs. quo fit vt prauum sit, qa neque distribuatur, neque descendat, sed plus iusto in vẽtre per-

maneat superiore, atq; ipsuz inflet. At quod citra dulcedinem nigrum austerum est, id ventri vtile existit, quando vel plura iusto descendunt vel ramentosa. tunc enim est idoneum sicuti & vinum album austerum, & quæcunq; alia astringentia. In eum usuz & fuluū uinum prodesse ait, non omnino simpliciter fuluum affirmans: sed fuluum austerum. Nam de utrisq; te intelligere oportet quod in principio dictionis existit, qua dicitur, (Fuluo autez uino & nigro austeris, in morbis huiusmodi ad hæc uteris.) Duplex siquidez fuluū ut nigrum. aliud siquidez dulce aliud austeruz. Atq; cum tertiū preter utrūq; existat ex utriusq; qualitatis premixtione constans: attamē quod una est preditum qualitate, id colore utroq; duplex existit. Caput autem & mentem fuluum magis ferit ꝙ & calidius nigro existat. febres quoq; ratione eadez auget. quibus idonea sola ea quæ aquosa sunt. Non īmerito igitur uinis austeris utendum prohibuit siue ea colore

fulua siue nigra fuerint, in capitis grauitatibus & mentis læsione, ubi febris ipsa percusserit. atq; amplius in thoracis pulmonisq; ægritudinibus in qbus sputum detinetur, uina huiusmodi inhabilia esse ait, atq; cum urinæ supprimuntur, propter crassitiem uidelicet & astringendi facultatem. 8

Quod aūt superiora quidē oīa vesicāq; minus offendet, si dilutius fuerit, intestina vero iuuabit magis si meracius, neminem latere debet.

Vinum meracius, ut dixi, intestinis magis conuenit. quo fit ut non abs re iuuet ipsa astrictionis ratione, propter quā omnino iuuamentū habet. Verū huiusmodi astrictionē labefactat exoluitq; si aqua temperatum fuerit, atq; ob eam rem minus ipsa iuuat. Quo autem modo hæc iuuat magis astringendi ratione ubi meracius fuerit, sic thoracem caputq; magis offendit, hæc sunt sane quæ manifestauit inquiens, (Superiora quidem omnia lædit, lęcit

quoq; & corpora ea quibus per urinas expurgari est opus.) Nempe austerũ uinuz, excretiones omnes cohibet. De uinis hæc loquutus Hippocrates, con tinuo ad melicratũ transit, cæteris quidem fere omnibus de uino demonstra tis, at prætermisso uno quod non absoluit, & ego obiter percurram. ꝙ scilicet febrientibus maxime idoneum aquosum sit. Est autem uinum hoc album colore, substantia tenue, nullam earuz quæ cæteris uinis insunt hñs q̃litatem, neq; austeritatẽ, neq; astringẽtiã, neq; dulcedinẽ, neq; acrimõiã, neq; odorẽ. Nempe uino huic omnium soli ut tũ aquæ tum uini mala effugeret, est datum. Prodeunt autẽ talia in unaquaq; gente aliqua. In Italia imbecillum sabinuz, quod febrientibus administrãt. In Asia titacazenum & tibicenum. Sz uini huius notas ubi intellexeris, talia facile in qualibet gente reperies. ubi q ualde tenuia & aquosa producuntur uina. Reperi equidem talia in Cilicia, Phœnicia, Palestine, Scyro & Creta.

Imo

Imo vt retuli in regionibus vidi omnib⁹: & quod mirum magis sit, in Aegypto. Crassa siquidem vina & odora & valde fortia, in feruidis progignuntur regionibus. In Italia vero & Bithynia & Asia si multa producantur aquosa, nihil mirum. Sed quæret quispiam quam obrem Hippocrates in antecedente dictione peculiarē de his vinis prætermisit sermonem, cum febrientibus q̄ cætera omnia sint iucundiora. Sane qui id petit, Hippocratem vinū huiusmodi nesciuisse haudquaq; ostēdit. Nempe post paulo cum de melicrato agit, hæc scribit, (Cæterum vino albo tenui paucifero, & inodoro quodammodo fortius est, & quodammodo infirmius) Hæc ait Hippocrates vino albo tenui & paucifero, id est parū aquæ ferenti, & inodoro melicratum comparans. Vini igitur vinorū notas tum conspicue tum exacte recensens percurrensq; quonam. s. pacto tum caput tum mentē feriat, de aquoso ipsi cōtrario disciplinam sufficientem esse

existimauit, cum aduersa contrariaq́
ipsi inesse ratiocinari possumus.

De aqua mulsa. 9.

Melicratum, id est mulsa per totum morbum in acutis epota parte plurima, tum picrocholis, tum his quibus tumefacta sunt viscera (μεγαλοσπλάγχνους *vocant) minus q̃ non hmõi est idonea.*

Oratio hæc, (Per totum morbum.) ostendit Hippocratem de his intelligere morbis in quibus cremorem exhibere idoneum non esse demonstrauit, prius q̃; ad morbi peruentum sit vigorez. Nam si æger acuta febre laboret, neq; tum in thorace tum in pulmone fuerit morbus. viresq́; valuerint, & morbus quintum vltra diem sese prorogaturus non sit, aqua mulsa sola epota abunde ægro sufficere potest. Cæteris quidem omnibus in morbis huiusmodi est conuenientissima: sed picrocholis minus propitia existit. Nam in ipsis bilescit, nisi prius vel intestina vel vesicã pertransierit. Quæ si pertransierit, non

ſolum nihil lædit, verum quoq; & ma-
xime iuuat, Nam ſecum biliosa dedu
cit excrementa. hac ſane cum ratione
temperaturam quoq; ipſius demon-
ſtrauit. Nempe in huiuſmodi naturis,
dilutior exhibita mulſa confert. Neq;
enim hoc pacto ſiticuloſa exiſtit, neq;
bilem generat. Vt autem picrocholis
ita megaloſplanchnis haudquaq̃; ido
neam eſſe ait. Megaloſplanchnos nũc
dixit non eos quibus magna ex natu-
ra ipſa ſunt viſcera, ſed quibus ea ex af
fectu aliquo itumuerunt, ſiue ſcirrhũ,
ſiue phlegmonem ſiue œdema nacta
ſunt. Mala ſiquidem in his quod cito
pertranſire viſcera ipſa non poſſit, & fa
cile bileſcat, preſertimq; in phlegmonis
propter caloris magnitudinem: in cæ-
teris autem qui pręter naturam ſunt tu
moribus, minus detrimenti affert. 10.

*Porro & ſiticuloſa minus quã dul
ce vinum exiſtit.* Nempe *& pulmonem
mollit, & ſputum mediocriter educit,
& tuſſes mitigat.* Habet *& enim vim*

quandam exterendi quæ plus q̄ medio criter viscosum facit sputum.

Quam ob causam aqua mulsa minus q̄ vinum dulce siticulosa sit dixi antea, cū vtraq; quatenus dulcia sunt, eatenus facile bilescere demōstrarem. Verū q̄ tenuior penetrantiorq; vt omnia subeat, existit, ea ratione minus vino dulci est siticulosa. Quo fit vt si aliq̄n plusculo tempore in ventre mansérit, tunc vino dulci non minus siticulosa reddetur. quod rarenter contingit. Aqua vero mulsa, vino dulci citius vētrem intestinaq; omnia penetrat. Nec secus hepar adusq; tum renes tum vesicam non rarenter quidem sed perpetuo. Ob hæc igitur vino dulci minus siticulosa existit. Hippocrates idē q̄;q̄; non ita sed modo alio dixit: mulsæ virtutem ex his quæ in pulmone facit demonstrans. Nempe q̄ hæc non efficeret, nisi vias meatusq; ipsius penetraret abstergeretq;, palam omnibus existit. Præterea sputum educere non simpli

citer dixit, sed hoc aduerbium (medio criter) adscripsit. Neq; enim valenter educit vt oxymeli, sz mitigat. quo oxymeli priuatur. Nempe oxymeli tusses incitat, tum irritans tum asperans, quatenus scilicet vehemēter detergit. Mulsa vero & presertim aquosa dilutaq;, detersoria quæ minima sit participat facultate. Vocatur autem huiusmodi facultas σμηκτικὴ, a qua & nunc Hippocrates nomen fecit σμηκματώδες. De mulsa ita scribēs, ἔχει γὰρ σμηκματῶδές τι, id est, habet etenim vim quandam exterendi detergendiq;. Mediocri autem participare ipsam facultate huiusmodi ostendit adijciens vocabulo huic σμηκματῶδες vocabulum hoc τι. Nempe quibusuis adijciatur, paucitatem indicat. Ergo quod mulsæ parum abstergit, non φ abstergens ob id impotens infirmumq;: sed φ paucum. Ad glutinosum siquidem sputum, medicamentum vehementer abstergere oportet, φ glutinosum eum, qui in bronchijs pulmonis continetur deter-

gere possit humorem. Quod si talis quispiam in thoracis pulmonisq; medio aceruatus fuerit,iam & maior vt ꝓbe sputatur, tum incisoriæ tum detersoriȩ virtutis est necessitas.quæ id a succingente costas membrana detergat, dissecet & tenuet. Nam fieri nõ potest vt talis humor aliter per membranam quæ viscus ambit,ad pulmonis bronchia transferatur. Non igitur bene est vsus dictione Hippocrates cum huic orationi,(Habet enim vim quandaʒ exterendi,)eam quæ sequitur adiecit: (Quæ plus q̃; mediocriter καταγλισχραίνει,)id est viscosuʒ reddit(sputũ.) Nam melius dixisset,(Habet enĩ vim quandam exterendi detergendiq; quȩ exigua sit,)&(quæ sȩpenumero viscosum fieri sputum sinit.)Non enim ob mulsam glutinosum fieri sputum contingit, cum id sane sputo huiusmodi propriuʒ inest.Mulsa igitur nil iuuat: sed excrementi naturam talem permanere sinit.Quapropter melius dixisset nihil glutinosum sputum iuuari,& nõ

tale a mulſa fieri. Nam hoc verbum καταγλισχραίνειν quod ab Hippocrate dicitur, ſputum a mulſa tale fieri, cum emphaſi ſignificat. 11.

Ciet aũt & vrinas abunde mulſa, niſi ex viſceribus aliqđ prohibuerit.

Mulſam ante, ꝙ vias omnes quæ ventrem reneſq; interiacēt facile penetret, ciere vrinas dixi. atq; vbi iecur male afficitur, vſui haudquaq̄; conuenire demonſtraui. Lieni præterea ſi phlegmone obſideaẗ moleſta eſt. atq; multo magis inteſtinis ventriq;. Nam cito igneſcens ob phlegmones caliditatem in bilem conuertitur. Melle ſiquidem ob dulcedinem delectantur tum viſcera tum venter, quo fit vt tum citius tũ raptim magis eliciant. Melli quoq; & dulcia alia idem habere quis dixerit, atq; ideo vt ad ventrem ita ad viſcera accōmodari. Venter autē his oblectari videẗ. Nempe vbi ea deglutiuit, manifeſte quodãmodo ab aſſumptis delectatur, veluti e contrario ab aſperan

tibus amarisq; offenditur: neq; solum cum adsumuntur, verum quoq; & vbi ad sumpta sunt, ad aliquod vsq; tempus. Quo fit vt nemo ea nisi interdu3 uice medicamenti, ut ob collectos pre ter naturam in uentre humores, ingerat, ubi enim ſm naturam habuerit, iu iocunda ipsi talia omnia sunt: iucunda autem sola quæ dulcia existunt. Sane in appellato gutture maxĩa ex deuoratis dulcib⁹ exoritur uoluptas, cor pore scilicet loci illius peculiare quippiam cum succo huiusmodi habente. Corpus autem hoc facit uentriculi interna tunica ut & ea quæ linguam ambit. Verum in lingua euidentissimam habet dulcedinis sensionem. In gutture autem uoluptatis. Sensio uero manifesta continuo efficitur & in uentris ore quod dulcibus adsumptis delectatur, modo animans secundum naturam habuerit. Viscera igitur hoc pacto dulci gaudere succo, plurimumq; ipsi⁹ celeriter euocãtia cũ ualent, frui, aliq;: cum uero febriunt & phlegmone

obsidentur, in id quod biliosũ est, dulcem succum conuertere par est. Vidẽtur igitur quæ συκωτὰ, id est ficata ex caricarum esu appellantur, tum maxima, tum suauissima esse, iocinore ipso, vt liquet, ex dulcium esu alimentum vberius accipiente. Verũ in phlegmonis febribusq; rerum huiusmodi ingestio non in probam alimoniam, sed in bilis generationem demigrat: febrilis siquidem calor exuperat, natiuus aũt deficit, qui bene temperatus erat. 12

Biliosa quoq; alui deijcit magis: interdũ quidẽ bona, sed interdũ q̃ decet rdundantiora, spumatioraq́;, quod biliosis magis, & his quibus tumefacta sunt viscera, contingit.

Reuocare ad memoriã oportet dictionem ante enũciatam: in qua mulsam vino dulci comparans, dicebat: (Porro & siticulosa minus q̃; dulce vinum existit.) Nam & hoc in loco mulsam eandem ad vinum dulce comparans, biliosa alui excrementa deijcere

magis pronunciauit. Nempe & biliosa deijcere vinum dulce potest. Verum mulsa, biliosa interdū quæ bona sunt subducit, interdum & vitiosa, quæ syncere admodum biliosa existunt, bilem scilicet vel igneam, vel flauam habentia, crassamq;. Bilis igitur ea spumā accipit sæpius quidem ratione ea qua in his quæ vehementer igne calfiunt, spuma exurgit: sæpenumero autem & in his quæ a flatu agitantur humidis. Horum primū caliditatis exuperantis nota est. Secundum vero instrumentoꝝ angustiam, & flatuosi spiritus interclusi, viamq; haudquaq; liberam habentis agitationem denotat. Biliosa autē huiusmodi magna ex parte subducūtur in his febribus quæ liquefaciunt, & ad tabē perducunt, quibus ferme oīuз aduersissima nocētissimaq; ē mulsę potio, veluti & mō ꝑrio potio aq̄ frigidæ iuuantissima. Excrementum huiusmodi ait a mulsa magis generari his qui natura biliosi, id est immoderate calidi existunt, atq; in his morbis quibus vi-

ſcus aliquod phlegmōe infeſtatur. Cō mune ſiquidē nomen hoc in loco eorum qui inflămătur peculiare fieri volumus. Neq; enim propter ſcirrhū vel oedema febris incēdit. Ergo q̃ in acutis morbis de quibus agit Hippocrates, vbi tumor ĩ viſceribus fuerit, phlegmones ſymptoma ſit, non oedematis vel ſcirrhi, conſtat omnibus. Hos autē nunc μεγαλοσπλάγχνους appellauit, quaſi viſceroſos dixeris. 13

Mulſa præterea quæ dilutior eſt, ſputum educit magis, pulmonēq; lenit. Meracior vero ſpumoſa excrementa, atq; plus q̃ conuenit valde bilioſa calidiora ĩ q̃ dilutior agit magis.

Mel in acutis morbis bileſcere, atq; ob id nobis afferre moleſtiam antea dixi. Aquam præterea tarde penetrare, atq; in hypochondrijs diutius morari, atq; ob eas res fugiendaз. At quod ex vtriſq; mixtum ſit, conueniens redditur. quod ea conſtet tēperatura qua aquæ plurimæ tantum mellis permi-

xtum fuerit, vt viam aquę paret, & ad distributionem agat. Nempe his ita tē peratis, vrinę facilius penetrabunt, ocyusq; sputum educetur. Quod si mellis plurimum admixtum fuerit, sitim facit, & viscosum reddit sputuz. Atq; ob eas res aquosior mulsa tū ad sputi eductionem tum ad penetrationem vrinarum idonea magis existit. Meracior vero ad ventris deiectiones. Nempe quanto magis proritabit, tanto magis & velocius subducet. Clysteribus ergo infusa quo meracior, eo magis excretoria reddetur. Causaq; erit deiectionum, tum earum quæ κατακορέως, id est ἱκανῶς, hoc est valde biliosę existūt, tum spumosarum. Talia siquidem trahere magis potest q̄ intestina tuz mordere, tum detergere. Adde q̄ & in bilē flauam transiens ea occasione biliosorum excrementorum copiam simul adauget. quo fit vt ipsius vsum nō laudet Hippocrates. Declarat autem ex horum verborum adiectione, καὶ μᾶλλον τοῦ ἀκρήτου, κατακορέως χολώδεα, id

est atq; plus q̄ conuenit valde biliosa. Nam μᾶλλον τοῦ καιροῦ dicere consueuit pro μᾶλλον τοῦ προσήκοντος, id est plus q̄ conuenit. Spumosas item deiectiones & in prognostico dānauit. Et κατακόρως, id est ἀκράτως, hoc ē syncere biliosa mala sunt. Neq; enim κατακόρως neq; ἀκράτως, sed mediocriter talia esse oportet. Horum igitur non immemor cum vel ex mulsa epota vel absq; ipsa quis spumosa simul & syncere biliosa deiecerit, febrem scieris esse quæ liquefaciat & ad tabem pducat. atq; ob id ab vsu mulsæ abstineto atq; in ptisanæ cremorem deuenito, signum quodpiā coctionis morbi quantūuis momentaneum ex vrinis obseruans. Nam si tunc frigidā dederis, maximo eris præsidio. 14

Deiectiones aūt huiusmodi habent quidē & alias quæ graues sunt offensas. Neq; enim hypochondriorū extingunt ardorē, sed excitant. Inquietationemq; & membrorum iactationem fa-

tiunt. Intestina etiam sedẽq; exulcerãt.

Consueuit Hippocrates βλάβας, id est offensas σίνεα dicere, vt in libris de fracturis & articulis est demonstratuz. Nam σίνειν Iones dicũt pro βλάπτειν id est lædere., Imo & βλαβερὰ id ẽ nocua σινάμωρα sæpenumero appellauit Graues igitur offensas habẽt (inquit) præfatæ deiectiones, id est pure biliosę simul & spumosæ. Consueuit autem Hippocrates inter signa nozasq;, vocibus vti, tum causarum, tum quę lędun tur corpoꝝ. Deiectiões ergo huiusmodi significare cõmodius dixisset. sꝫ habere dixit, q̃q̃ corpora affecta læsiones habeant, causæ faciant, & signa indicent. Sed quænam sint quæ a dictis proueniunt deiectionibus offensæ, ab Hippocrate audi inquiente, (Neq;.n. hypochondriorum extingunt ardorẽ: sed excitant.) Hoc autẽ ideo dixit q̃m sæpius biliosorum deiectio hypochondriorum feruorem protinus extinguit. Quare in malignis maleficisq; biliosis adiecit, q̄ talia excernentibus ipsis nõ

extinguuntur, ſed omnino viceuerſa increſcunt augenturq;. Neq; ardor hypochondriorum ſedatur, quin potius vehemētior redditur. Adde qđ ῥιπτάζονται id eſt ἄσσην & δυσφορίαν habēt, id eſt implacidi inquietiq; fiunt. Deiectiones ſiquidem huiuſmodi flāmantis in hypochondriis ipſis affectionis ſymptomata exiſtunt. atq; in inteſtinis ramenſoſam parit acrimonia affectionem. Sane affectionis huius quæ ſyncere bilioſa ſunt, cauſæ exiſtunt. Eius vo q̄ ī hypochōdrijs exiſtit ſigna. Verū Hippocrates vt dixi vocabulis cauſas indicātib⁹ īter ſigna vti ꝯſueuit. 15

Sed horum auxilia ſcribentur.

Qđ morborum ſingulorum remedia ſe ſcripturum dixerit, vt antea expoſuit: ſic & hoc in loco non minus. Verum ſi & quę libro huic poſt ſermonē de balneis adiecta ſunt, digna Hippocrate exiſtāt, & quæ in libris de morbis vel de affectionibus ſcripta ſunt, ea later exponendū ꝯſiderabimus. 16

Qui ergo in morbis huiusmodi re=lictis sorbitionibus mulsa potionis alte=rius vice vtetur, is vt multa feliciter cõ=sequetur, sic ei nequaquã præter animi sententiam succedent multa. Verũ qui=bus danda sit, & quibus nõ, & quã ob causam, iam magna ex parte est dictũ.

Significauit & nunc manifestissime ad morbi vsq; iudicationem sola vti mulsa consulens. Nempe in solis quæ colliquefaciunt morbis, vel in quibus hominum virtus ad morbi vsq; iudi-cationem sufficere non possit, ad ptisa næ cremorem pueniemus. In alijs vo solã exhibere mulsaз ẽ cõmodius. 17

Damnata autem propterea ab homi nibus est mulsa, quod bibẽtes ad vltimũ imbecillitatis agat, atq; ob id citam ad=ferre mortem sit creditum. Verum id ob languentes ipsos dictum fuerit. Sũt enim qui sola vtantur mulsa, tanquam huiusmodi existat.

Dicere ſumme a mulſa imbecillitari & mulſam nullo pacto nutrire vel exigue, idem non eſt. Quippe cũ tria hæc inter ſe differũt. Nam quæ vires euertũt, vt ſanguinis eruptio, deiectio ſuperflua, ſudor imodicus & per accidens cibi abſtinentia, ſumme imbecillitare dicuntur. At quę nullo pacto nutriunt, vt aqua: ea virtutem neq; ſũme imbecillitare neq; roborare qſpiaʒ vere dixerit, niſi id aliquando p accidens contingat. Aqua ſiquidem non vt alimentum vires recreat, ſed bene vt medicamentum ad temperamenti ſymmetriam quæ propter ipſius immoderationeʒ imbecilla ſunt reducens. Tertio deinceps loco ſunt quæ exigue nutriunt. quibus qui tantũmodo vtitur, tametſi interire poſſit, non tñ tanq̃; vires ſubuertentibus, ſed tanq̃; eas non quod ſatis ſit roborantibus. Quo e genere eſt mulſa. Nam ſi quis dieb⁹ quatuor cibo priuatus ĩterire poſſit, is mulſæ vſu non quintum modo, verum quoq; & ſextum attinget. *S*ermonem

hũc & de melle intelligas. Nempe mel lis natura mulſam ipſam inter modice nutrientia facit. Nam humiditaté non modo Hippocrates: verum quoq; & medicorum probatiſſimi fere omnes cibi vehiculum non cibum cenſuerũt. Hæc ſane eadem quæ nunc dicuntur, de mulſa & melle ſcripſit non obſcure Hippocrates in ſequentibus. 18.

Sed hoc non ita habet.

Non omnino ſiquidem verum eſt ægros ipſos propter mulſam mortem obire. Moriuntur etenim & ſi aquam ſolam biberint: ſed ꝙ exiguam corpori præſtet alimoniam, ob id ſolum vitam ſeruare non ſufficit. Quod etiam accidit vbi quis ſolius ptiſanæ cremorem perpetuo ſorbeat. 19.

Textus & Cõmentum ſequentes, in aliȷs impreſſionibus deficiebant.

Sed mulſa q̃ aqua multo potentior eſt, ſola epota, (niſi aluum perturbet.)

Indicare videtur per hanc vocem, potentior, ꝙ & aqua aliquam nutriendi vim habeat, euenit autem eo ꝙ cor

poris vētriculi ariditas irrigatur, vt diu, qui aquam bibant, magis durent, q̄ꝫ q nihil assumunt, secure autem (nisi aluum perturbet) addidit, de mulsa sermonem faciens, illos enim iure peius habere facit propter euacuationem, q̄bus aluum perturbat, simulq; verbum id (perturbat) īmoderatam significat excretionem & non mediocrem, scire quidem opꝫ mulsam crudam aluum magis soluere, coctam auteꝫ bene, magis nutrire, hoc autem obiter a te sit cognitum, videamus autē quæ deinceps scribit vino mulsam comparans. 20.

Cæterum vino albo tenui, paucifero & inodoro. quodam modo fortior est, & quodam modo infirmior.

Sunt qui dictionē scribant sine hoc verbo, est, hoc pacto, (Cæterum vino albo tenui paucifero & inodoro, quodammodo fortior & quodammodo infirmior.) Alij pro quodāmodo legunt interdum ad hunc modum, (Cæteruꝫ vino albo, tenui, paucifero & inodoro,

interdum quidem fortior interdum autem & infirmior. Sed ex omnibus vis est eadem atq; idem intellectus. Nam Hippocrates mulsam vino huiusmodi quadamtenus fortiorez, & quadam tenus imbecilliorem dicit. Feci autem mentionem vini huius in ea quam de vinis feci tractatione. Quod tanq; nescientis vice functus Hippocrates subticuit, sed nunc quædam manifestauit tum substantiam memorans, ex hoc verbo tenui. tú virtutis imbecillitatem cum adiecit oligophoro id est paucifero. Vocatur siquidem oligophorum siue pauciferum quod vt bibatur minima eget aquę mixtione. Contrario autem modo polyphorum vel multifeꝛ appellatur, quod vt bene temperetur, multam exigit aquam. Aequiualenter dixeris, quod aquæ multum sustinere debeat ad temperatam mixtionem. Quod vero pauciferum appellatur, id fractum infirmumq; & ad potum inutile redditur si multa dilueris aqua. Atqui quæ in vino hoc est ca-

rentia odoris, ea imbecillitatis frigidita tisq; efficacissima existit nota, nō secus secus q; fortis odor efficacissimum roboris signum. Vinū siquidem aquosum leuissimam in ligno vitis habuit transmutationem. Leuissimam quoq; & elementi terrei permixtionem. quod vt aqua foret, paulum terrei calidæq; substantiæ occupauit, atq; in horum coniūctionem leuissima indiguit con fectione. Contrarium autem tum vinosum, tum multiferum, neq; a leui coctiōe tale efficitur, vtpote quod ab aqua longissimo recedat interuallo. Quo itum est vt insignem consecutū fuerit tum caliditatem tum odorē. 21.

Vini autem mellisq; meracitas si robur vtriusq; contemplatus fueris, insigne recipit discrimen, Nam si duplam vini meri mensuram ad mellis delinctū qs biberit, a solo nimirū melle validior longe reddetur, nisi ventrē turbauerit. Nēpe multo plus stercoris deijcietur.

Si mulsæ & non mellis dixisset Hippocrates, manifestius enunciasset. Naꝫ de mulsa hucusq; egit, ipsamq; vino ex aqua diluto comparauit, neq; ipsaꝫ per se, sed vt iusta fieret comparatio. Ob eas res sermonem suum ad mel, vinumq; reuocauit. Sunt autem qui in huiusmodi comparationibus, non reliquos modo volentes, sed nos quoq; inuitos circumueniant, fallantq;. Cæteri meraciora, purioraq; experti, non puris solis, sed quouis modo temperatis vires contribuūt. Non secus alij aquosiora experti, ex illis de omnibus quoquo modo temperatis sententiam ferunt. Non ita tamen de rebus iudiciuꝫ est faciendum. At si iustam facturus sis de ipsis comparationeꝫ, mulsam ad eorum quæ bibuntur vinorum temperaturam in aquæ permixtione, ita ex proportione existimabis, vt vinum nō meracius & mulsa aquosior fuerit. Sed quoniam in mixtione proportionem exacte seruare difficile est, ob id ad ea quæ vere immixta & proprie pura ap

pellata, tranſtulit ſermonem Hippocrates, vino nullo pacto dilutum mel ipſum comparans; aitq́; duplum vini epotum minus alere q̄; mellis ſimplū. Verum quoniam plura vinorum genera exiſtunt, non quæ fortia ſunt, caputq́; feriunt & deſipientias creare poſſunt, in hoc exprompſit ſermone, ſed vinum imbecillū, aquoſumq́;: melq́; ipſum huic comparans, plus alere enūciauit. Cæterum cum vini duplo mel dimidium comparare voluerit, non quod ſolum vtrunq́; per ſe & citra aq̄ mixtionem æger ſumere debeat aſſeruit: ſed ſi poſt vtrunq́; dimenſum pro arbitrio ingerat, nō minus vtile eſt. Poteſt ſiquidem ſi res tulerit, mellis cyathum vnum vel per ſe accipere, vel aq̄ quantum volet mixtum ingerere, atq́; id quotidie bibere. Vel denuo vini cyathos duos, diebus ſingulis vt volet aq̄ temperatos. Tali ſiquidē experimento tum in plurimis ſimiliter in cæteris habentibus hominibus, tum etiam in vno magis per idem temporis ſpatiū

cognoſcetur exqſita vtriuſq; facultas. Si enim mel non ex naturæ proprietate ventrem turbat, qui melle vtuntur, diebus pluribus abunde ſufficient. Si ergo res ita habet, cur in principio orationis dixit Hippocrates: (Cæterum vino albo tenui, paucifero & inodoro, interdum fortior & interdum infirmior eſt mulſa?) Non enim interdu3 fortior, & interdum infirmior, ſed ſemper fortior ſm nuper dicta videtur: quoniam prius q̃; de comparatione iuſta diſtinxiſſet, docuiſſetq; citra diſtinctionẽ abſoluto ſermone, bene & ſecure dixit, (Inuenietur mulſa vino quadamtenus fortior, & quadamtenus infirmior.) Si enim temperamenti vtriuſq; analogiã quis non diſtinxerit, interdum quide3 infirmius vinum, interdum & mulſa eſſe videbitur. Verum ſi hæc diſtinxeris, vt eſt dictum, atq; eam quam mel in ventre facit turbationem contemplatus fueris, mulſam ad nutriendum validiorem ſemper deprehendes, q̃; vinũ proportione dilutum, temperatumq;.

Quod si & excrementū quod ex mulsa ita moderatum excernitur, vt virtutem non exoluat, adnotaueris, tibi et magis ex mulsa copiosior videbitur nutritio q̄ ex vino. Nam etsi duplum exeat excrementum, laborans tamen pluribus diebus ex mulsa sufficiat, certe ad nutritionem mel vino, tum potētius tum validius videtur. 22

Mulsa tamē post ptisanæ sorbitionem epota valde replet, inflat, & hypochondriorum visceribus est inutilis. Sed si ante sorbitiones bibatur, non vt superepota lædit, sed iuuat.

De ordine ait Hippocrates queȝ in vsu mulsæ ptisanæq; quis optime seruare debeat. Verum vno mulsæ ptisanæq; edoctus exemplo vniuersalem hunc accipe sermonem. Naȝ perpetuo prius ingerēda sunt, quę & facilius corrumpuntur, & quæ subducuntur magis. Posterius vero contraria. Ptisana autem q̄ mulsa difficilius corrūpitur, & descendit tardius. Si ergo mulsa pri

mo sumpta fuerit, ex ea quædam ptisanæ ad deiectionem fit prouocatio. Verum si ptisana primum sumpta fuerit, subduci mulsa prohibetur. inflabit hypochondria: atq; tandem in bilem cõuersa, ptisanę detrimẽtũ afferet. 23

Cocta aũt mulsa, facie quidẽ cruda longe est melior. splẽdida siquidem & tenuis & alba & pellucida existit, Sed qua ab ea euariet virtute non habeo. Neq;.n. est suauior si mel bonũ fuerit, imbecillior tamẽ & minus stercoris habens. quorũ neutro vt auxilietur mulsa opus habet. Cocto tamẽ probissime vtẽdum si mel vitiosum fuerit, impurum, nigrum, & mali odoris, Nẽpe coctura plurimã malignitatũ turpitudinẽ tollit.

Tota dictione coctæ crudæq; mulsæ differentias docet Hippocrates: sed nullam desiderat expositionem. 24

De Oximelite.

Oximeli vocatũ potũ, sepius quidẽ

in his morbis cõmoditatem habere reperies. Nam ſputum educit, & facilem reddit ſpirationem.

Καλούμενον ideſt vocatum aut qđ vocatur, & καλεῖσθαι id eſt vocari atq; his ſimilia adijcere Hippocratem non ignoras: interdum quidem q̈ hæc appellatio Græcis omnibus nullo pacto vſitata ſit, interdum vero q̈ abrogata, atq; interdum q̈ artificioſum quippiã demõſtret. vt ἐπὶ τῶν κροταφιτῶν καὶ μασσητήρων μυῶν, id eſt temporalibus & maſticatorijs muſculis ðclarauim⁹. Sed q̈ artificioſuꝫ nihil indicet oxymelitis appellatio, conſtat omnibus. Appellationem igitur ex adiectione τοῦ καλουμένου vel dãnauit, vel tanq̃; inuſitatam indicauit. poteſt aũt & vtrũq; feciſſe. Nam forſan & primum in cõmunem cœpit vſum, forſan & vocem dãnat tanq̃; ex ſolis aceto & melle cõſtare medicamentum explanantẽ, vel tanq̃; mellis differentiam indicantem. quaſi ita quiſpiam diceret, Mel autem

acetumq; tali, ſunt prædita facultate. Ergo de verbi huius καλουμένον adiectione nemo ignorat. quapropter ad id quod cōmodat deſcendamus. Non enim ex aceti melliſq; mixtione tantū oxymelitis eſt compoſitio: verum ex mulſa paulum aceti accipiente. Sed vt cōcoquatur melius eſt. Nempe virtus aceti ita coctura imminuitur, vt mulſa quidem ab eo cui miſcetur auxilium ſumat, offenſam autem non habeat. Auxilium autem in orationis exordio enunciauit, atq; ab his enunciabit. Offenſas vero ad dictionis totius calcem adijciet. Dictum eſt igitur in exordio, (Sputum ſiquidem educit, & facilē reddit ſpirationē.) Quę āt deinceps ſūt dictōes, ꝯſecuti ab eo diſcem⁹. 25

Tempora vero hæc habet.

Καιροὺς id eſt tempora dixit, vel tempora quibus ex conſuetudine vtendū ſit, vel tempora quibus iuuare ſoleat. Nempe & in hoc ſignificatu καιροῦ id eſt temporis appellatione interdū vti Hippocratem oſtendi. 26

quod valde acre existit, nihil mediocriter in his quæ non facile educuntur sputis efficiet. Nam si quæ detinentur educeret, gutturq́; lubricaret & veluti gestientem redderet, pulmonem certe leniret. nempe ipsum molliret. Quæ si contingerent, maxime prodesset. Interdum vero accidit, cũ valde acre fuerit, vt sputum non educat, sed viscosum reddat, adferatq́; detrimentum.

In quibus acri oxymelite vtendum sit, in his fieri aliquãdo ex eo offensaz docet Hippocrates. Nempe in quibus nemo prorsus tali quod acre est medicamento vteretur, tales recensere offensas superfluum est. Neq; enim simpliciter de acri oxymelite sermonem fecit, sed aduerbium hoc κάρτα, id est valde adiecit. quod λίαν & σφόδρα id ē admodum, vehementerq́; significat. Tale igitur oxymeli nihil mediocriter in crassis glutinosisq; pulmonis sputis ef-

ficere consueuit, in quibus eo solo quispiam vtatur, sed ea vel secat, detergit educitq;: vel facere id non valens, exiccat. Nempe vt huiusmodi medicamētum secandi vim habet, ita & exiccādi. vtimur autem eo in crassis pulmonis sputis nō tanq̄ exiccante(nempe hoc pacto detrimentum adferret) sed tanquam incidente & detergente. Cū igitur hæc facere non valet, tantum abest vt vtilitati sit, vt etiā maxime noceat. sed quando neq; secat, neq; detergit, in sequentibus docebit. Volo autem in præsentiarum de ea quæ in multis reperitur libris scriptura agere. Non eniȝ per σ, secundam huius nominis μέσα syllabam: sed per ζ, scriptā inuenimus, vt dictio tota talis sit, τὸ μὲν κάρτα ὀξὺ οὐδὲν ἂν μέζον ποιήσειεν, id est, (Quod valde acre existit, nihil i signe efficiet.) Sed id falsum est. Nempe inferens magnum aliquando fieri ab eo iuuamētum ostendit, interdum & detrimentū. Quare ppetuo insigne quippiam facit, & nullo pacto leue paruumq;. De

quo autem eſt verum dicere ꝙ perpetuo magnum, vel malum vel bonum facit, de illo melius nihil mediocriter ab eo fieri, quiſpiam dixerit. 27

Potiſſimum autem ita afficiũtnr qui maxime pernitioſe habẽtes neq; tuſſire, neq; quæ intus cõtinẽtur excreare pñt.

Sputa craſſa vehementer glutinari, nihilq; ab exhibito, quod acreſcit, oxymelite iuuari ait his cõtingere qui maxime pernitioſe afficiuntur, id eſt quibus crudus ſupra modum exiſtit morbus. Nempe hi nihil expuunt. 28

Cum hæc ita habuerint, vires hoĩs perpẽde. Nã ſi de eo ſperaueris, dabis.

Poſtea q̃; eos qui maxime pernitioſe ægrotant, ab acri oxymelite nihil iuuari prædixit, Paucíq; ex ipſis adiuti liberentur, ſob id & ipſius quod rarenter contingit non tacuit auxilium. Fit autem auxilium huiuſmodi ab acri ſupramodum oxymelite cum ægri vires valent. Nempe ſi non valent, non iuuabit quod tale eſt oxymeli. Duorum

ſiquidem alterū efficiet. Nam vel præſſus non ſecabit: ſed quod glutinoſum eſt glutinoſius reddet, vel diſſecabit, abſtergetq́;. Verùm ſubitam vniuerſamq́; tum eductionem, tum vacuationem quam molietur, non ſufferente natura continget ſtrangulari hominem. 29

Cū aūt dare volueris, per quā tepidum, paulatimq́; & nō affatim dabis.

Si æger ob ſputorum tum craſſitie3 tum viſcoſitatē nihil expuerit, virtuſq́; valida fuerit, oxymeli dari iubet valde acre, paulatim & ἀκροχλίαρον quod eſt ἄκρως χλίαρον, id eſt perquam tepidum. Id autem calidi frigidiq́; exacte eſt medium. Nam q vehemente3 habeat facultatem propterea copioſe ipſum vno hauſtu offerre veretur. Pari modo & æſtate frigidum porrigere vt antea præcæpit, ideo timet, quia tum pleuritides tum peripneumoniæ in quibus nihil expuitur, crudæ ſunt. Coctioni autem perpetuo calidu3 opitulatur confertq́;: frigidum vero renititur & aduerſatur.

uerſatur. Sed quam ob cauſam calidū etiam oxymeli deuitat Hippocrates? Certe ob morbi malignitatem malūq; morem. ne videlicet protinus ex tali potione cruda perſiſtat affectio, homineмq; a calido oxymelite ſiticuloſiorem fieri cōtingat. Nempe q̄ ſymptoma hoc viſcoſum reddat ſputum, expoſuit. Tutius ergo mediocriter tepidū eſſe oxymeli arbitratur Hippocrates, vtpote qui calidi eam quæ ſuccedere poſſit, frigidiq; de neceſſitate ſucceſſuram fugiat læſionem. 30.

Quod autē parum acre eſt, os, fauceſq; humectat, ſputum educit, & ſitim ſedat. qua occaſione hypochondrio viſceribuſq; eſt beneuolum, melliſq; inhibet noxas. Nempe quod in melle bilioſum eſt, temperat caſtigatq;.

Poſtea q̄; de ſupra moduȝ acri oxymelite ſermonem abſoluit, ad id quod mediocriter acre eſt tranſijt, humectare ipſum os fauceſq;, & ſputum educe

re, & sitim sedare in textura oratiõis in quiens. Nempe quod omnia quibus iuuari ægritudines natæ sunt, habet, id eoꝝ quæ nocere valent ob vim temperaturæ nihil habet. Nam mulsæ tm̃ aceti est admixtum, vt quod in ipso biliosum sit, queat sufficienter κολάσαι, id est καθελεῖν & ταπεινῶσαι. id est castigare, inuertere, & supprimere. Nempe in quarto de simplicium mendicamentorum viribus, dulcem succuꝫ acri maxime potentia aduersari demõstrauimus. Cum itaq; mulsæ facultas cætera quidem omnia quibus morbi huiusinodi opus habẽt, contineat, in vno autem dumtaxat contraria, ꝙ scilicet supercalfacta ipsa bilescat. migrationem sane huiusmodi permixtio aceti cohibens optimuꝫ efficit medicamentum. Nempe minime siticulosum erit atq; ob id sputa quę non omnino crassa glutinosaq; sunt, facile educet. has autem quæ duo numero existunt operationes, consequitur partium oris faciumq; humectatio. Qua vero occa-

sione hoc facit, ea tum lieni tum hepati maximam adfert suauitatē, viscera suauiter iucundeq; expurgans. 31.

Flatum pręterea discutit, & vrinas mouet.

De mediocriter acri oxymelite adhuc disserens, hęc protulit. Nam in pulmonis thoracisq; affectionibus plurimo est vsui, maximeq; insignem habet patrocinatum ob metricam illam aquæ acetiq; & mellis permixtionem. Tale siquidem oxymeli spiritum crassum glutinosumq; in hypochondrio secat. flatusq; abrumpens, vias omnes expurgat. atq; ad vrinas tum serosa tũ biliosa agit excrementa. 32.

Sed partem intestini imam reddit humentiorem, facitq; ramenta.

Eam quæ supra id quod ſm naturam est innascitur partibus humiditatem, πλαδον Hippocratem nominare neminem ex nobis præterit. hoc igitur efficere ait oxymeli. Nam quicquid crassi glutinosiq; succi superius infarci

tur,id abradit secatq;,atq; ad excretionem subducit.facile item & hac facultate ab iocinore facit excrementorum eductiones,ita vt collectis superiorib⁹ cunctis humiditatib⁹ in intestinis ipsis & potissimum infernis, ob multitudinem quidem innascatur ea quę supra naturam est humiditas,ob qualitatem vero intestini abrasio. Nempe & oxymeli detergente præditum facultate, tandem abradet intestinum. Eiusdem quoq; est facultatis quod cum oxymelite descendit chylosum excrementũ. Quapropter & sine oxymelite, si aliqñ exupauerit,intestinũ abradet. 33.

Interdũ aũt & in acutis morbis est inutile, & potissimũ quod non flatum modo foras prodire vetet,verũ quoq; et reuerti faciat. Præterea & maxĩe vires frãgit, & extremas infrigidat partes.

In acutis interdum morbis abradi intestinum bonũ non est. Nempe ea qua elici ramenta solent affectio,partium quæ in superficie constant vlce-

ratio eſt. Quæ cum talis exiſtat, ab irrumpentibus oĩbus & preſertim mordentibus moleſtiam recipit inteſtinũ. Quod affectuz niſi protinus mordentia excreuerit, ad regionem ſuperiorẽ, ea quę irrumpunt, remittit. Quo fit vt ea occaſione flatus etiam ſurſuz recurrat. Naturalem ſiquidem functionem circunſtringentem, exprimentemq; ſortita ſunt inteſtina; vt in cõmentarijs de facultatibus naturalib⁹ eſt demonſtratum. Sed quæ irrumpunt a partibus q̄bus ꝯtinentur reijci velocitatis eſt op⁹. Cum igitur ſuperne motus exordium habet, quæ continentur, deorſum habent excretionem. Verum ſi motio inferne capit exordia, ſurſum feruntur. Quod ſane in habentibus ſm naturã vſu venire videt̃. cum. ſ. vniuerſim raptimq; ſubeunte ad inferna inteſtina bile continemus excretionem, aut propter aliquam quæ prompta ſit negotij curam quæ interpellari non poſſit, aut ꝙ non prope ſit quo venter exoneretur locus. Nempe tunc emergere

ſurſumq; ferri bilem ita percipimus vt non adhuc excerni poſſit. Sunt quib⁹ ex hmõi bilis recurſu ſtomachus male habet. Alijs caput repletur, & ob morſum dolet. alij patiuntur vtrunq; . hoc igitur pacto quę ramenta hʒ inteſtinorum affectio, deorſum īterdum excernit celeriter, ægrorum moleſtiam neq̃quam ſuſtinens. Interdum aũt & a partibus inferioribus ad ſuperiores, vbi q̃ irrumpunt non protinus ad ſedem ꝑdierint, ſed is qui sedeʒ circulariter ambit muſculus, tum contractus, tum recti inteſtini extremum, ipſum adſtringendo complexus, principium motionis obſtrictoriæ ex infernis partibus ad ſuperiores fecerit. Ob eam igitur cauſam non flatus modo, verum & excrementum in huiuſmodi affectionibus reuertitur. Contingit autem & vires offendi ob eum qui in tranſitu ipſo ſeqtur morſum. Nempe abradentia, tametſi quod irrumpit breuiſſimum hēat morſum, vehementer tñ infeſtant. Scimus autem dolorem omnem vires ex

oluere euertereq;, atq; ob id partes infrigidare extremas. 34.

Et hæc sola est quam nouerim oxymelitis noxa, quæ scribi digna sit.

Oxymeli mediocriter temperatum, noxas omnes quæ ex mulsa, vino & aqua emergunt, effugisse pauloante est demonstratū. Q ȏ si aliqñ nocuerit, solum nocet, ꝙ abradat intestina, idq; facit in his qui imbecillam hñt facultatē, & pati idoneū intestinū. 35.

Exiguum aūt potionis huius nocte quidē & ieiuno ante sorbitionem dare expedit, q̄q̄ & a sorbitione, modo longum intersit tēpus, nihil vetet bibere.

Vbi facultatem quam hꝫ pcurrit, ad rationem tpis quo maxime ipm̄ quis porrigere debeat, in pñti puenit. & potissimū, cum qui oxymelite vti debet is sorbitionibus alatur. Nempe vbi quis non sorbitionibus sed potione sola regatur, tp̄s in illis postea docet. Ait ergo in sorbitione vtentib⁹ illud dūtaxat ob

seruandum tp̄s quo sorbitio ingeri dz. Ptisanæ aūt cremor sorbitio est: qui vt corpus alat roboretq;, adsumitur. Ad quæ ꝯfert si nutritionis tp̄e solus in vētre ꝯtineatur. Nempe antea didicisti cibos multiplices & presertim facultate dissimiles magnam progignere in ventre turbationez. Ob eam igitur causaz nō porrigendum oxymeli, nisi cremor ꝯcoctus fuerit. Qui si coctus fuerit, lz tum nocte tum appetente die ante sorbitionem sumere. Tempus aūt iter sorbitionez oxymeliq; medium satisfacit, si ptisanę cremor vacuum simul & purum ex ea quæ ab oxymelite facta est absterſione, ventriculū ingrediat. 36.

Qui aūt non sorbitionibus sed potione sola vtuntur, his non semp̄ oxymelite vti expedit, presertimq; quod intestina abradantur, fatiscantq; & succūbant. Nam cum stercore vidua & destituta sint, vacuæ item venæ, atq; ablatæ a melicrato vires, citius inducuntur.

Qui victus rationē nō ex ptiſana, ſꝫ ex potu ſolo ſibi īſtituūt, ijs nō p̄ totum morbum eſt conueniens oxymeli, quod vehementius inteſtinum ipſum, tum nudum, tū humore alio deſtitutum abradat. Nēpe a ptiſana quodāmodo inūgitur vbi eam adſumpſerint, & cum corpus nihil a mulſa auxilij acceperit. Mulſæ autem auxiliū qđ corporibus adfert, cum de mulſa ageret prædixit. 37

Quod ſi potū hūc, & quidē multū per totū morbi tēpus profecturū exiſtimaueris, paulū aceti, tantūq; vt dūtaxat ſentiri poſſit, infunde, ſic enim & iuuabit, & lædens, minimū lædet, & ea quæ oportet, præſtabit.

Cum ſitim quidem mulſa inferat, ſputa autem in brōchijs pulmonis cōtineantur, vel glutinoſa vel admoduꝫ craſſa, tunc ſolo eſt vtendum oxymelite. Neq; memoria excidat dicta hæc fuiſſe, cum de ijs ageretur, quibus reli-

cta sorbitione potionis solius est vsus. Si igitur, vt dixi, solo vtendum sit oxymelite, paulum aceti mulsę infundere conuenit, vt aceti vsu cōmodoq; fruatur, & fugiat quod ab eo est detrimentum. Sed acetum mulsæ commixtum excoquere oportet. Nempe hoc pacto ad nocendum infirmius redditur. 38

Vt autē in summa dicatur, quæ ab aceto est acredo, picrocholis magis q̄ melancholicis prodest: amara siquidē dissoluuntur, desciscuntq; in pituitam cum ab aceto in sublime attolluntur. Nigra autē fermentantur, attolluntur & multiplicātur. Nēpe atra educit acetū.

Picrocholas naturas appellat Hippocrates, quæ amarum sibi contraxerunt succum. cuius generis est bilis flaua. his idoneum esse ait acetum, quod melancholicis aduersissimum existit. Nam & bilem nigram acidam esse cō tingit, cum scilicet præter naturam habente corpora, & syncera & impermi-

xta fuerit. Nempe cum recte valet, plurimum quidem prædictæ habet qualitatis, non tamen exquisitam ipsam. Reliqua dictionis manifesta sunt. Docet siquidem in ea quonam pacto acetum picrocholis qui in temperamento calido cæteros vincunt, adiumento sit, vtpote quod frigidum sit. 39

Mulieribus autem longe magis q̃ viris aduersatur acetum. Nam vterum dolore afficit.

Quod acetum suapte natura neruos offendat, testatur experimentum. & ratio demōstrat. Nempe exangues sunt, & ideo frigidi, facileq; ab his quæ refrigerant simul & tenues habent partes afficiuntur medicamentis. Læduntur præterea & a reliquis refrigerantib⁹ omnibus: sed substantię aceti quod tenuium est partium in eorum mergitur profunduз: atq; in omnes ita irrumpit partes, vt ne minimum quidem ex eis illæsum maneat. Sic igitur acetum neruosas offendit partes. Vterum autem

anatomici fere omnes neruoſum eſſe dicunt. Verum & abſq; eorum adnotatione, quam ex anatomica inſpectione fecerunt, poteris & tu de ea ratiocinatione colligere. Népe ad maximaʒ laxatur molem, & ad minimam contrahitur. Quantus etenim fœtus fuerit tantũ ipſum perpetuo circulariter ambit. Impleturq; ſpatium omne ab eo, etiam ſi fœtus paruus fuerit vel magnus veluti venter a cibis. Sed ventris non magna eſt ad contraria permutatio, vteri autem maximæ. Plurimum autem dilatari laxariq; neruoſorũ proprium eſt corpoꝝ, & nõ carnoſoꝝ. 40

De aqua.

Aquę quę in acutis bibitur morbis, nullum ſane aliud habeo quod illi concedam officiũ. Neq; enim in peripneumonicis tuſſim ſedat, neq; ſputum educit: imò cæteris minus, ſi quis aquæ potionę prorſus vtatur. Verũ ſi inter oxymeli & mulſam paulũ aquę ĩſtilletur,

ob qualitatis potionū transmutationem ſputum educit. Nempe intus inundationem parit. Alias neq; ſitim ſedat, ſed amareſcit. Nempe ei qui ſuapte natura bilioſus exiſtit, ea eſt bilioſa. Hypochōdrio præterea eſt infeſta, malaq́;, atq; etiā peſſima, bilioſiſſimaq́;, & virium maxima labefectatio vbi in vacuitatem venerit. Adde q̄d lienē auget, iecurq́;, vbi phlegmone obſidetur, fluctuatq́;, & innatat. Tarde ſiquidem meat, q̄d frigida & incoctibilis ſit, neq; aluum deyciat, neq; vrinas mouet. Atq; ex eo quoq; nocua eſt, quod ſtercoris ſuapte natura expers ſit, Quam ſi pedibus frigentibus aliquando quis biberit, ea his omnibus multo magis nocebit, ad quod uis eorum venerit.

Neq; incidendi vim habet aqua vt acetum: neq; calida eſt vt mel. quod ſane non calfacit modo: verum quoq;

& detergit, secatq;. Tarde igitur iure optimo meat aqua, difficulter concoquitur, atq; ægre descendit, quáquam alioqui & optima sit & culpa omni vacet. Nam quæ vel limosa vel male olens, vel salsa, vel alterius cuiuspiam medicamentosæ qualitatis particeps existit, ea non simpliciter est aqua: sed cū tali quadam permixtione medicamenti. vt si mel vitiosum, vel ptisanā, vel acetum, vel vinum, vel quippiam tale designaueris. Non. n. ex illo genus totuȝ culpabis, sed id solum ad quod cōuertis mentem. Cum igitur super singulis de quibus enūtiat Hippocrates, sermo de optimis sit, ita & nunc intellige, singula quæ dicuntur ad optimam referens aquam. Ea auteȝ purissima est, & omni aliena qualitate destituta. Hæc igitur q̃;q̃; optima sit, multo tamen tépore in ventriculo manet, fluctuationesq; plurimum parit. Quo fit vt cum biliosus ventriculus fuerit, corrumpat & illa. Præterea & cum ex ventriculo ad ieiunum intestinū ægre perueniat,

non facile distribuitur, neq; in hepar, & minus in renes, thoracem & pulmonem. Quo fit vt neq; vrinas mouere nata sit, neq; sputum educere. Imo neq; per totum corpus molitur transpirationes. Id nãq; substantiæ, quæ tenuium sit partium, opus est, calidæq; non frigidæ & crassarum partium. Neq; ꝑterea sitim sedat ꝙ in amplis tum ventris tũ intestinorum animalis instrumẽtis plusculo maneat tempore. Neq; prorsus imas penetrat partes, neq; siccitatẽ humectat. Quod autem non alat, antea est dictum. Quo fit vt neq; facultatem vitalem roborare possit, Atq; ea est cã propter quam Hippocrates ad mulsam oxymeli, & vinum se contulit, in ęgris ab aqua abstinens. Iam igitur ob eas causas nunquam ea quis vtatur. Vtũtur tamen & alij quidam medici, atq; etiam Hippocrates: sed hic minus, cæteri magis. Nempe ꝙ cæteris perperam vtantur circũuenti ad aquam ipsam recurrunt, quæ non insigniter quod prę-ter animi sententiam succedat, habet

quando ne virtutem quidem. Sic eniꝫ Erasistratus dicebat, Fortes tum ciborum tum potuum facultates tempestiue quidem adsumptæ maximum iuuamentum: intempestiue vero maximam offensam adferunt. Quem autē vitiosum esse dico, tum oxymelitis, tum mulsæ, tum vini vsum, is quidem oritur, & ob repentinas mutationes, vt ipse ostēdit, & magna ex parte ob synceram quæ a medicis fit permixtionē. Cū igitur seni cuidam ægrotanti quotidie vinum aquosum exhiberem, quidam ex huiusmodi medicis præsens, me vini minimum aquæ ipsi instillantem contemplatus risit, ægrumq; vinū nō bibere sed dūtaxat videre dixit, nō sane intelligens mixtionis vini quod gratia voluptatis datur, ad aquam aliā esse symmetriam, & aliam esse eius qđ ad opem ferendam ministratur. Nam vini omnino minimum veluti excitationem quandam quæ ad distributionem aquam trahat, permiscemus, quo dūtaxat aquæ tollamus synceritatem,

non

non autem aquam vinum faciamus. Sunt autem pleriq; ex ſanis, qui vinū aqua dilutum bibant. ſed in his aquā guſtatu ipſo euincere non oportet. In ægris vero ita vt modica ſit vini repręſentatio. Sic & de oxymelite pauloante dicebat aquoſum laudans. Q ō itē tutius quiſpiam ea vteretur quę aquoſa eſt mulſa. Nam ſyncera puraq;, niſi ventrem ſubducere anticipauerit, magis nocebit, & potiſſimum in amarę bilis hominibus, & his quibus præter naturam tumefacta ſunt viſcera. In his & aqua detrimentum adfert, cum plus iuſto in hypochondrijs morata bileſcit. Nempe & præter hæc omnia quæ habet mala, ſtercoris adhuc eſt expers, neq; vllo pacto aluū ſubducit. Aquā autem in principijs acceſſionum potam lædere (quod manifeſtauit cum dixit,) (Quam ſi pedibus frigentibus quis aliquando biberit, ea his omnib⁹ multo magis nocebit) eorum eſt quæ omnib⁹ & nota & certa & confeſſa ſūt. Quando igitur bibi idonea eſt aqua?

Cum scilicet potu solo æger vsus fuerit, nullo pacto accæpto prisanæ cremore. Tunc enim in potionum aliarū medio aquam tempestiue quis ingesserit, & presertim cum siticulosus æger fuerit. Nempe eam πλημμυρίδα quandam, id est humidi cuiuspiam copiaʒ abundantiamq; facere ait. Quo fit vt inter mulsam oxymeliq; parum aquę exhibeant, ꝙ his quæ expui debent, conferat ad humectationem: Imo & cum vinū grauiter nocet, tunc aquam propinant. Quonam autem pacto id demonstraturus sit Hippocrates, audiemus.

41.

Cum vero in huiusmodi morbis fortem capitis grauitatem vel mentis lęsionē suspicatus fueris, a vino penitus est abstinendum, aquamq; tunc dare oportet vel vinum aquosum, flauumq; & prorsus inodorum, atq; ab ipsius potione, aquæ exiguum superbibendum. Nam hoc modo vini potentia caput mē

temq; minus tentabit.

Mens tentari lædiq́; dicitur, cum æger febre correptus desipuerit. Nunc ergo mentis læsionem desipientiã dicit: in qua vino abstinendum præcipit. Pari modo & in vehementibus capitis doloribus. De vtroq; antea est dictũ. Sed in præsentiarum vbi in prædictis symptomatis a vino omnino abstinendum prædixit, consequenter aquosũ flauumq́; omnino & quod odore careat, dandum ait. Aquosum quidem & inodorum dare bene dicitur, sed flauum non admodum recipio. Nam ad ea aquosum album melius existit. Etiam vero in eam gratiam cum vina talia sunt, superbibendam confestim aq̃; tutius præcepit, (Minus enim (inqt) vini robur quod vehemens est, caput, mentemq; tentabit.) ἅπτοιτο, quidem verbo vsus sibijpsi vsitato consuetoq́, quo ἅψιν τῶν φρενῶν, id est mentis læsionem ab hmõi verbo quod ἅψεως nomine hominibus vsitatius est sese fecisse ostendit. Caput autem mentemq́;

vino tentari ait, q̄ pp caliditatem cele riter ad caput feratur, feruentesq́; in cor pore secum ferat humores. Qua autē rōne caput male afficit, ea & mentem. Nam in capite sapere ipsum situm est, & ea animę pars quæ ratiocinatur. 42.

In quibus autem maxime aqua vten dum sit, & quando valde multa & q̄n modica, & quando gelida, & quando calida partim quidē antea dictum est, partim vero suo tempore dicetur.

Erasistratus quidez in libro de febri bus malitiose satis criminatur Hippo-cratem, discipulos ipsius prope accu-sans Apollonium & Dexippum. quos ait cereos cyathos duodecim in sextan tali cotulæ cyatho effinxisse, atq; vnū ex his vel duos febrientibus admetiri. Verum Hippocrates non hic solū, ve-rum quoq; & in ante dictis potionib⁹ omnibus copiosius largiusue manife-ste vti visus est. Quod & in præsenti dictiōe liquido ostendit inquiens, (In quibus autem maxime aqua vtendū

ſit, & quando valde multa.) Naȝ & τὸ κάρτα πολλῶ τὸ λίαν πολλῶ, id eſt valde & ſupramodum multa ſignificat, ſed ſane ſatis erat dicere multaȝ aliqñ dari aquam ſine adiectione aduerbij huius κάρτα, in oſtenſionem malitiæ Eraſiſtrati, qui de Apollonio & Dexippo mentionem facit, nec vllum horuȝ librum oſtẽdere poteſt. nec Hippocratem ipſum intelligit aperte dicentem, (Et quando vtendum valde multa.) Quinetiam & ſuperiore oratione mulſam inter oxymeliq; aquam porrigens vtilem eſſe ait, ꝙ πλημμυρίδα, id eſt humiditatis abundantiam parit. Scripſit & antea de mulſa & oxymelite aquoſis, quod os humectant, & vrinas cient: non vtiq; cyathum horum porrigens, ſed q̃titatem inſignem, qua & os humectari, & vrinę cieri, & quæ pulmonem infeſtent expui poſſint. Præterea & de oxymelite ita ſcripſit: (Quod ſi potum hunc, & quidem multum, per totum morbi tempus profuturum exiſtimaueris.) adijciens hic multum. De

malitia autez Erasistrati aduersus Hippocratem dicta hæc sufficiant. Cæterꝛ recordemur Hippocratem qũo ante, ita & nunc polliceri se in morbis singulis ꝓpriam factuꝛ dictrinam: cum hoc in loco victus instituendi artem non sufficienter conficiat: sed vniuersalia sola in exemplo morbi vnius scilicet pleuritidis prosequatur. 43.

De reliquis potibus, cuiusmodi est hordeaceus, & qui ab herbis viridibus, vua passa, vinaceis, piris, cneo, myrtis, punico, & alijs parantur, cum horum aliquo vti tempestiuum fuerit, in morbo ipso scribetur, vbi & de compositis agetur medicamentis.

Habet quoq; suam & hęc dictio doctrinæ alterius quæ de morbis singulis sit, promissionem. Verum quicquid sit, liquido cõstat vel libros, qui de singuloꝛ acutorum morboruz curatione ab Hippocrate scripti sunt, non extare, vel prorsus non scriptos: hac siqui-

dem occasione quę nunc inferuntur p̃ stantiæ Hippocratis non sunt. Sunt ta men multa quæ mentem ipsius ole- ant, veluti & quæ huic libro adiacent ab eo qui de balneis est sermone. Sed, vt dixi, de singulis in horum expositio ne commodius disseremus. 44.

De Balneis.

Balneum in plerisq; morbis cõfert, In his quidem perpetuo, in aliјs vero non: estq; quando minus vtendum sit quod imparatum homines habeãt. Nã in paucis domibus parãtur necessaria, reperiunturq; qui rem vt oportet, cu- rent. Quod si exacte quispiam non la uetur, nõ mediocrem incurret noxam. Tecto siquidem est opus quod fumo ca reat, copiosa item aqua, & crebra laua tione, sed quæ imediocris non sit, nisi res ita postulauerit.

Balnea huiusmodi, temporib⁹ Hippo cratis nondũ parari videbantur. Nem

pe dicere paucis in domibus parari necessaria, & reperiri qui rem ꝓbecurent, opusq́; præterea tecto esse non fumoso, copiosa aqua, & q̃cunq; deinceps dixit: quod item in domibus calefiat adhuc intra lebetes aqua, labrisq́; ĩfundatur, argumentum hȝ. Quod aũt in fine dictionis ait, crebra opus esse lauatione, sed quæ ĩmediocris non sit, nisi res ita postulauerit: si vtiq; memoria nõ excidat, in sequenti doctrina obseruabimus. Nam ipse inquiet: Sunt qui ĩmediocri aliqñ egent lauatiõe: id autem est cum ęger multa, dum lauatur, perfunditur aqua. Quod si dicere non videatur, nos ipsi non simpliciter quidem, neq; vt inciderit, sed cum eorum quæ ab ipso scribuntur consequentiæ obseruatione percunctabimur. 45.

Neq; etiã abstergere oportet, quod si aliquando abstergendum sit, calido aliquo, atq; multiplici plus q̃ existimetur vtendũ abstersorio, perfundendaq́; aqua multa, & celeriter post ꝑfũdẽda.

Nullus æger cuȝ lauaẗ detergi expostulat, nisi ſordidus ſit, & pruritu vexetur. Nempe qui ægrotant, aqua citra laborem omnem læſionéq; prolui debent. Deterſio auteȝ purgumentis ſit tum mordentibus tū ſiccantibus. quo ſit vt ea, tum virtuti tum balneorum vſui aduerſiſſima ſit. Si vero æger detergi debeat, vel propter ſordes vel propter pruritum, vim medicamenti deterſorij multa admixta aqua, imiſſo quoq; oleo, ſupprimere oportet. Quocirca inquit Hippocrates, (Atq; multiplici plus quam exiſtimetur,)id eſt q̄; ſanis conſuetum ſit, vtendum abſterſorio. Non enim ſubſtantiam medicamenti abſterſorij in ægris multiplicem accipiendam præcipit, cum non abſtergere magis q̄; abſtergere velit: ſed deterſorij qualitatem in ægris multiplicem fieri iubet per aquæ adauctionem. Ea ſiquidem ratio detergentia quoq; vitare præcipit non excitante vel ſorditie vel pruritu, acribusq; ipſis & ſinceris non vtendum.

46

Via ad ſolium breuis ſit.

Cõmune id eſt ſiue in balneo homi nem laueris, ſiue in domo aliqua extruxeris pyram, & labrum aqua impleueris. Quod & nũc in caſtris fit ſæpius cum lauari quempiam deficienti balnei loco oportet. 47

Faciliſq; tum ingreſſus tũ egreſſus.

Prorſus ſiquidem citra fatigationem laſſitudinemq; ægrum ſeruare iubet. atq; ob id ſolium facilem tum ingreſſum, tum egreſſum habere voluit. Id proculdubio fiet ſi paries qui aquam continet neq; ſublimis, neq; anguſtus fuerit. Maxime autem laudabile & a labore omni alienũ eſt quod in aquarum ſponte naſcentium conficitur lauacris. Nempe ſolia humilia ita depreſſaq; prope omnes conficiunt vt nihil ſolij pauimẽto q̃d ꝓpe ẽ emineat. 48

Qui lauatur, componat ſeſe, taceat, & nihil agat, ſed cæteros tum perfundere tum abſtergere ſinat.

Hæc quoque prædictis ſimiliter vt

æger non laboret, conferunt. Nempe & ægrotātis quies vt corpus in balneo tum laxius tum mollius reddatur, eſt idonea. Nam cum mouetur corpus, muſculi extenduntur, qui minus tum molliuntur, tum relaxantur. 49

Multę quoq; aquę mixturę parētur.

Cum Hippocrates inquit, καὶ μετα-κέρασμα πολὺ ἑτοιμᾶσθαι, id ē multę quoq; aquę mixturę parenť, pōt vnico legi verbo, μετακέρασμα, atq; intelligi hæc præpoſitio μετὰ per ſe & ſeorſum κέρασμα. Nam Hippocrates non in hoc ſolum libro, veruʒ & in alijs Ionum more per defectum vti prępoſitione μετὰ videtur. Plene autem atq; integre ita legeť, καὶ μετὰ ταῦ τα κέρασμα πολὺ ἑτοιμᾶσθαι, id eſt multæ quoq; poſt hæc aquæ mixturæ parentur. Siue autem quis vno intelligat verbo μετακέρασμα, ſiue diſtinguat diſtrahatq; pro μετὰ ταῦτα κέρασμα, vna eſt dictionis vtriuſq; intelligentia. Vult ſiquidem mixturam parari, eum qui in ſolio lotus ē perfuſurus q̄ medici huius

temporis omnes efficere consueuerũt, cum ægrum lauerint. Neq; enim in labrum frigidum ingredi permittunt, sed tepida perfundunt aqua. Alij solia tota aqua huiusmodi replent. Nam vt corpus, tum laxius, tum rarius, calida lauatione est redditum: ita rursum gete paulatimq; contrahere ipsum, & cogere, & densare in animo habet. Nempe id ad virtutis robur confert, facitq; vt non facile homo lædatur, nisi subita quædam in ambiente aere fiat ad frigidum permutatio. Ob id qui recte valent, a balneo calido sese in frigidaʒ proijciunt aquam. Sed qui ægrotant, contactum frigidæ non sustinent citra læsionem. Quapropter frigidam calidæ mixtione supprimimus. Mixtionis autem modum inueniemus, in primis quidem si corporis affectioñe inspexerimus: deinde & propriam laborantis naturam, ætatemq; & anni tempus & regionem & præsentẽʒ coeli statum. Probe auteʒ facient qui a calido balneo tepidas non minus trium ge-

herum aquas, quæ inter ſe differant, parabunt: vt prima quidem admodū tepida ſit, ſecunda vero minus: & tertia adhuc quæ magis ad frigidum declinet. Tale autem quippiam velle viſus eſt Hippocrates cum præcepit mixturas parari. Nempe quod paratur. id non ſimpliciter modo multum, verum & varium multiplexq; eſſe eſt melius, vt paulatim a calido ad frigidum procedatur. cum ſubitaʒ ad contrariū mutationem æger non ferat. 50

Celereſq; faciant perfuſiones.

Ταχείας. ideſt celeres, referre oportet, non ad eam ſolum quæ in perfuſione fit actionem: verum quoq; & ad illud quod actiones interiacet ſpatium. Vt primam inter perfuſionem ſecundāq; paruʒ ſit interualli. Quod ſi quis proprie nominauerit, nō ταχείας, id eſt celeres, ſed πυκνὰς, id eſt frequentes dixerit. Quāquam apud veteres vſus horum nominum πυκνοῦ & ταχέως confundantur. Nam aliquādo πυκνὰς, id eſt frequentes actiones, ταχείας, id eſt ce-

leres vocant. 51

Et spongijs pro strigili vtantur.

Neq; strigilibus in ægris ipsis, neq; spongia medici huiusce temporis vtũtur: sed a balneo eos linteo contegunt, alij vestibus & potissimũ puris vt plurimum sudent, obuoluũt. Sed nõ semper ægrum ipsuz a balneo copiose sudare conuenit. Nempe sæpius laborãtem ad balneum non vacuandi corporis gratia ducimus: sed prorsus contrariam ob ratiõnem. vt scilicet humectetur, madescatq; quod ĩmoderatius exaruit. In talibus igit non in balneo sunt expectandi sudores multi: sed quãcitissime solij aquam ingredi, & postea balneo egressos resiccare expedit. 52

Et nõ valde siccũ pungãt corpus.

Oratio hæc succedit quidem huic, (Et spongijs pro strigili vtantur.) Sed qui sermonis proprietatem cõtemplatus fuerit, is de vnctionis in balneo vsu intelliget, ne eorum quæ de necessitate dicenda sunt quippiam prætermissum esse videatur. Nam vbi post bal-

neum ſpongia aquam deterſit Hippo crates, obſcurum quidem eſt ſi corpus vnxerit: bene tamen ægri corpus cum humidum exiſtit perungendum eſſe conſtat niſi quiſpiam oleũ cum aqua hoc ipſuʒ reſiccare dixerit. Eſt igitur vtile vt de vnctionis in balneo vſu diſcutiatur: ſed neceſſaria magis eſt ſup vnctionis tempore diſcuſſio, ſi oleũ perfundere conueniat, vel vbi qui lauatur ſudauerit, vel cum ſiccus adhuc eſt confeſtim vbi ſeſe exuerit, & prius quã ſudauerit, vel horum neutrum fuerit: ſed vbi humeſcere cœperit. Sane quicunq; eorum meminit qui de olei facultate in ſimplicium medicamentorum tractatione dicũtur, is exacte nouit optimuʒ eſſe olei vſus in his qui lauantur tempus quod tertio dicitur loco. Nouitq; quonam pacto calfactum corpori exhibere conueniat. Nempe id corpus mollius reddit laxiuſq; cum frigidum ſuo contactu non ſolum horum neutrum efficere natum ſit, ſed & eos qui lauant̃ frigẽres reddat.

Caput vero ſpongia, quoad maxime fieri poterit, reſiccare oportet.

Quod in balneo caput curioſe reſiccandum ſit, vt ne minimum quidē ſupſit humiditatis nequaquam eſt ambiguum. Nam quicquid relinquitur, refrigerare cōſueuit. Non tamen a ſpōgia vt fiat, effici poteſt, niſi ſtatim ab initio poſt mixturarum vſum. Capitis tn̄ aq̄; linteo reſiccare ē melius. 54

Neq; caput ipſum modo, verum & extrema, & quāuis aliā corporis a frigoris iniuria prohibere conuenit.

Dixiſſe id per ſe ſeorſumq; parum eſſe mihi videtur. ꝙ enim pars nulla omnino nuda eſſe debeat, cum a balneo aquam eorum qui lauantur reſiccant, conſtat liquido omnibus. Nam quæ ita denudantur partes, cito eas refrigerari nemo ignorat. 55

Lauari quoq; is non debet, qui nuper vel ſorpſit vel bibit.

Non in ægris modo, verum quoq; & in ſanis, nullus confeſtim a cibi vel

potus ſumptione lauari debet. Nam q biberunt, his caput repletur. qui vero cibum ſumpſerunt, his non caput modo, verum & corpus totum alimoniam ad ſe prius quam concocta fuerit trahit. 56.

Neq; confeſtim a balneo ſorbendū, neq; bibendum.

Sedata quæ ex balneo eſt turbatione, tum eſſe tum bibere melius eſt, veluti & compoſita ea quæ ab exercitatione oritur. Nam cibum protinus vel potum ſumere, caput replet, deuoratumq; interdū ſuperfluitare facit. 57.

Magni autem admodum pendere oportet ſi æger cum recte valuit, balneum valde affectauit, & lauari fuerit aſſuetus. Nempe tales magis appetunt, iuuanturq; cum loti fuerint, adeo vt lædantur ſi non fuerint loti.

Demonſtrata ſunt hæc per totum fere horum commentariorum ſecundum, vbi dictiones expoſuimus, in q-

bus parte plurima consuetudinum vires enarrauit. 58.

Peripneumoniæ autem magis quã ardenti febri confert. Nam lateris pectorisq; & dorsi mulcet dolorem, sputum maturat, educitq;, & spiritum facilem reddit. Lassitudines tollit mollit articulos & cutem per summa apparentem. vrinas ciet, capitis soluit grauitatem, & nares humectat. Tot ergo insunt balneo bona, quibus omnibus est opus. Cæterum si in apparatu re vna vel pluribus defectum sit, metus est ne non prosit. vnum siquidem horũ, quod uis fuerit, si a ministris non vt oportet, præparetur, valde lædit.

Quare peripneumonias magis quã febres ardentes iuuet balneum, ostendit Hippocrates cum inquit, (Nam lateris pectorisq; & dorsi mulcet dolorem, sputum maturat, educitq;, & spiri

tum facilem reddit.) Ob hæc etenim omnia peripneumonicis maximo est præsidio. Sanantur siquidem qui contenta in pulmonibus sputa expuunt. Pleuritici quoq; ob doloris mitigationem valde iuuātur. Quapropter duorum alterum. Nempe vel ita scribendum, (Peripneumonię autem & pleuritidi magis quam ardenti febri confert.) vel in peripneumonia pleuritidē subaudire oportet. Nam pleuritis dolorem in latere habet. Peripneumonia non habet. Cæterum cum peripneumonijs magis q̃; ardentibus febribus conferre balneum inquit, docet quoq; & æstuantibus quibusdam auxilio esse. verum oratio hęc distinctionem expostulat, quam nondum efficere possumus, quia tempus quo lauari ægrotantes velit, non definierit. Vbi autem sequenti dictione enarrantem Hippocratem quosnam haudquaquam lauare velit intellexerimus, ad balnei tēpus ita perueniemus. 59.

Qui in morbis aluum plus iusto hu

midiorem habent, ij non sunt lauandi, neq; hi quibus magis quam decet detinetur, & soluta non sit. neq; quibus vires languent, nec cibum fastidiētes, nec nauseabundi, nec biliosa ructantes, nec quibus sanguis e naribus profluit, nisi minus quā decet fluxerit, nec quod decet te latuerit, Nam si minus quam decet fluat, lauabis, & si vniuersum corpus in cæteris, etsi caput dūtaxat iuuerit, Si igitur apparatus hi conuenientes fuerint, æger q; feliciter balneum suscepturus sit, quotidie lauare oportet.

Quibus complura per ventrē sub ducuntur, his balneum sistit, ea ad corpus vniuersum reuellens: atq; hac oc casione detrimentum affert. Qđ autem qui nullo modo deiecerunt eos antea vetustam fecem euacuasse melius fit, nemo ignorat, sicuti neq; ꝙ γεγυωμένους, τουτέστι, τοὺς καταλελυμμένους, id est quibus iam non vigent sed ces-

ſant vires balneum amplius euertit.
Ait præterea & ἀσώδεις, id eſt cibum faſtidientes & nauſeabūdos haudquaquam lauandos. Nempe hos viribus ita defici metus eſt, vt ſuccedat ea quę ſtomachica appellatur ſyncope. Succedunt his quibus os ventriculi bile redundat. quos nota indicauit inquiens, (Nec bilioſa ructantes.) Pari modo neq; eos lauare conuenit quibus profluit abunde e naribus ſanguis. Nam ſi minus fluxerit, lauare eſt conſentaneum. Sunt autem hi qui vehementiore egent balneo, id eſt qui multa aqua perfundendi ſunt, vt ſanguis qui poſt caput eſt, vehementius moueatur. Cō ſimiliter lauabimus ſi ſanguis nullo pacto erumpat, & erumpere debeat.
Ex adiectione autem huius ſermonis, (Et ſi vniuerſum corpus in cæteris, & ſi caput dūtaxat iuuerit.) Clarius adhuc ſignificauit quonam pacto ſæpius in domo calfacta ægrum abſq; ſolio collocent, & caput duntaxat citra reliquas corporis partes calida perfun-

dant aqua. 60.

Lauandi autem cupidos si quotidie bis laueris, nihil peccabis.

Qui Victori Romano pricipi libꝛ de victus ratione Hippocratis tradidit medicus, is dictionem hanc & alis quasdam decurtatas scripsit. sicuti & illam in qua dicit, (Non ꝓtelentur primi sorbendi dies. preterea & qui bis die cibũ sumere sũt assueti, his bis dare oportet. Veꝛ vtriusq; haꝛ dictionum dimidiã partem subtraxit. sed præsentis quidez nihil, tempus vero non adiecit, vbi φιλολουθροῦντας, id est lauandi cupidos eos intelligit: qui cum sani sunt, lauari gaudent, atq; ob id sæpius lauantur. Nempe hi cũ lauantur, eum accipiunt qui ex ꝯsuetudine est scopũ. In sequẽtibus aũt ab Hippocrate tempus quo ægros lauari velit, audiemus. 61.

Tutius autem longe balneo vti possunt, qui tota utuntur ptisana, quã qui solo vtuntur cremore, quãquam & ij in

terdum vti possint, minime autem qui potu solo vtuntur.

Tempus quo lauandum sit hoc in loco patefecit Hippocrates. quod si ab initio pronuntiasset, multa sane, q̄ loco medio dicta sunt, non obscura & ambigua essent. Ptisanam aūt totam porrigunt his qui mitius quietiusq́; habent. solum vero cremorem his qui deterius degunt. veruƺ his qui piculosius acutiusq́; laborant, potus solos. Q d āt toto in hoc cōmētario de thoracis pulmonisq́; affectibus egerit, plurima quidem exempli vice in his morboꝝ ptibus & presertim pleuritidis vniuersalia pcipiens sępius est demonstratum. Est expositum quoq; quonam pacto coctis morbis ptisana vti velit. quo tpe & balneum sine periculo ꝯciliatur, vtpote quod ad sputoꝝ quæ in thorace & pulmone continentur, expurgationem maxime ꝓferat. Qui igitur ita habent. & quæ ex consuetudine est accesserit iudicatio, his lauationem multipli

care nihil prohibet. Ait prȩterea balneum ἥκιστα, id est minimum iuuare eos qui solo vtuntur potu. vbi ἥκιστα ἐλάχιστον, id est minimum significat, & nō, vt quidam aiunt οὐδαμῶς, id est nullo pacto. Nam inferens, inquit. 62.

Est sane & quando vti possint. Ex his autem quæ ante scripta sunt, quosnam in singulis viuendi modis iuuaturum sit balneum, & quos nō conijcere oportet. Nam quibus aliquid eorum quæ balneum & bonum reddere & iuuare possunt, deest, hos lauare non expedit. Quibus vero nihil deest, signumque adest ipsis in quo lauare conueniat, lauare oportet.

Non adiecit quidem quādo his balneo vtendum sit, sed nos qui sniam ipsius sequimur, dicemus. Potum solum his exhibet Hippocrates quos acuti infestant morbi: vbi vires ad morbi vsque vigorem, qui interdum cum ipsa

existit, veluti in morbis thoracis pulmonisq;, suffecturas sperauerit. Coctis siquidem qui affectuз progignunt humoribus, confestim excreabūt. Quod si qualia oportet solum expuere coeperint, in neutro adhuc modoruз neq; in affectu, neq; in symptomatis morbus augebitur. Nam saepius affectio ipsa qua laborant mitior quidem existit, sed symptomata augentur, vt in phlegmone obsessis particulis quo ipse inquit modo, (Cum pus conficitur, tunc dolores & febres fiunt magis q̃ cum factū fuerit.) Saepius autem mutuis exultant incrementis symptomatum magnitudines & ea quae affectionis ẽ. fitq; id in his phlegmonis in quibus pus effluit quod iam est confectū, vt in vulneribus quibusdam fieri consueuit, & in peripneumonijs pleuritidibusq;. Possunt ergo in his morbis & hi quibus potus solus vsui est non inutiliter lauari. Nempe dolorem ipsorum balneum mitigare ait, & sputa maturare. Sed sane vacuato prius corpore, id

factitandum. Sciuerisq; in vniuersum de balneorum viribus ꝙ si non antea vacuato corpore exhibeatur, membris affectis fluxionem parit. vacuato aũt si exhibeatur coctionem iuuat. Nempe corpore toto ante vacuato, adhibitum aduacuatoriaȝ obtinet facultatẽ. Quo fit vt ex febre ardente laborantibus his tantum opituletur qui sine tumore vel phlegmones vel erisypelatos laborant, feruente in ipsis per totuȝ corpus bile. Quod si coctionis signa habuerint, his multo magis conferet. Verum si æstuosa febris ob salsam pituitam putrefactam oriatur, aduersissimum illis esse balneuȝ scire oportet. Neq; enim pituitosus humor vt biliosus per cutim euacuatur, propterea ꝙ tum crassus tuȝ glutinosus sit, neq; extinguitur longa egẽs cõcoctione. Nõ sum autem immemor verborum Hippocratis, quæ in principio libri huius hoc refert pacto. (Quæ autem medicum ante animaduertisse ægro non referẽte oportet, plurima omissa sunt.)

Hæc ſiquidez qui Hippocratem dogmaticū eſſe putant, locos affectos eſſe dixerunt. Sed qui Hippocratem empiricum eſſe exiſtimant, anni tempora eſſe, regiones, ætates, & ambientis nos aeris conditiones affirmauerunt. Hæc equidem omnia tum quæ a dogmaticis, tum quę ab empiricis dicuntur, vtilia eſſe non ignoro. Verū ſcopos multos hoc in libro recenſens Hippocrates ad quos quis reſpiciens victus formaz inuenire poſſit, nullius eorum quę dicta ſunt, præter q̄; conſuetudinis mentionem fecit. Sed ſane nonnulla quæ reminiſcentiam exigunt, præpoſuit. Atq; ob id ſermonem ſum remoratus, vt hac quæ bræuis ſit interpretatione eos, qui totū legerunt librum, habeam ſermonis huius per intelligentiam aſſecutores. Vnus ſane & pręcipuus ſcopus tanquam in exemplo pleuritidis talis in dictione ab Hippocrate enarratur: (*Si quidez ſiccior fuerit morbus* q̄; vt quiſpiam putauerit, non multuz dare oportet, ſed ante ſorbitionem vel

mulsam, vel vinum, vtrum magis auxiliaturum putaueris, propinare conuenit.) Post hæc deinceps ait.) At si os madescat, & quę a pulmone expuuntur talia sint qualia esse oportet, sorbitionis quantitatem vt dicam summatim augere conuenit.) Verum tũ hæc tum quę serie continuata dicuntur, nõ sunt a gnidiis sententijs definita. Post hæc & morbi coctionem animaduertendam esse ait Hippocrates, qui sane scopus totius propemodum est Hippocrati victus instituendi generis, atq; earũ quę in eo particulariter fiunt permutationum. Alias quoq; & subinde apponit definitiones quæ tales sunt, (Quibus enim cibus statim inclusus est, si quis non vacuato eo sorbitioné dederit, dolorem si adest adaugebit, & si non adest protinus inducet.(Et amplius.) Prętereа si lateris dolor assiduus est, calidisq; fomentis non remittatur, sputumq; non procedit, sed extreme citra coctibilitatem glutinosum fit, nisi quis doloré vel alui subductione vel

secta vena pro vtriusuis significatione soluerit, ptisanam autē ita affectis dederit, præcipitē aget in mortem. (Proinde & rursus definiens, ait,) *Si nuper* pasto cuipiam, & alui oneribus haud quaquam purgato febris vel cum dolore vel sine dolore incœperit, a sorbitione tantisper est temperandum, donec cibum ad infernam intestini partem descendisse coniectum sit. (Tum rursus,)*Si nuper cibato cibus prior nō* descenderit, virtusq; valida fuerit, & floruerit ętas, subluere oportet *Si vero vir*tus imbecillior fuerit, balano est vtendum, nisi aluus sua sponte probe deiecerit.) Adiecit ergo in hac dictione eum qui a virtute est scopum veluti in sequentibus sæpenumero, & id considerari præcipiens quęnam causa & affectio sit quæ virtutez prosternant. vbi & hoc a medicis ignorari adiecit. Præterea adiecit ꝙ his qui dolorem ad hypochondrium pertinét habent ea quæ per talia medicamenta fiat, auxilio sit purgatio. Cæteris autem quibus dolor

vel grauitas ad brachium vel pectus extenditur venæ sectio. hæc autem & reliqua huiusmodi, quæ item de consuetudine dicta sunt, a gnidijs medicis omnino sunt prætermissa, multoq; magis naturæ & corporum temperamenta, de quibus sępenumero in hôc libro egit. hos picrocholos appellans, alios melancholicos. Scopo autem succedẽte de ea quæ tum in sanis, tum in ęgris fit victus ratione agit quonam pacto & emendare & corrigere oporteat demonstrans. Præterea & in eo quem de vino, oxymelite & aqua facit sermone scopos recẽsuit eosdẽ. Meminit quoq; & coctionis morbi sæpius, non paruũ scopum vniuersæ victus formę, earũq; quæ in ipsa fiunt mutationum hunc efficiẽs. Pari modo & in morbi vigore quippiam dixit, ad quẽ respiciens neq; tanq; ad abiectissimum in victus rõne scopũ alimoniã ministrat. Cuncta hęc & reliqua talia a gnidijs medicis pter missa sunt, quæ medicũ ante animaduertisse nõ dicẽte ægro oportet.

GALENI IN LIBRVM Hippocratis de victus ratione in morbis acutis, Cómentarius Quartus. Ioanne Vasseo Meldensi Interprete.

1

De Ardore.



Væ in libro de victus ratione post eum qui de balneis est sermonem scribuntur, iure optimo pleriq; medicoruz Hippocratis nõ esse sunt suspicati. Ná ab his quæ ante scripta sunt, & vi interpretationis & theorematum integritate longo discedunt interuallo. Neq; tñ abs re adducti sunt qui & Hippocratis esse existimauerunt. Nempe eorum quæ scripta sunt sententia propositum ipsius mentemq; vsqueadeo redolet vt discipulum Hippocratis aliquez scripsisse suspitio sit, imo & ex his multa dictionem vna cum sententia ita absolutam inculpatamq; habét, vt rursum

& ea ab Hippocrate ſcripta eſſe ſuſpi-
candum ſit, vtpote qui librum compo
nere, vbi ſingulariter morbi cuiuſque
acuti curationem doceret, vt in libro
de victus ratione in morbis acutis pro-
miſerat, ſeſe appauerit. Prȩterea & alias
in prȩſenti libro reperies dictiones que
Hippocrate ita indignæ ſunt, vt legiti-
mis iuſtiſq; adſcriptas eſſe ſuſpicari te
oporteat. Sicuti & in aphoriſmis ipſis
quidam huiuſmodi uiſi ſunt, partibus
libri ultimis adiecti adſcriptiq;. Qui
enim interſerunt, in memoriam multis
primas conſcriptiones ultimis adſcri-
bunt. Quod & in libro de capitis vul-
neribus factum eſſe videtur, & in ſecū-
do de morbis vulgaribus. Nec ſecus in
eo qui nunc nobis proponitur libro re-
perimus quæ interſeruntur atq; adhuc
magis, partibus vltimis. Cū igitur qua-
tuor vt quiſpiam dixerit, in eo repe-
riantur genera, unum quidem & di-
ctione & ſententia Hippocrate dignū.
Alterum quidem altero ſolum uel di-
ctione uel ſententia. Nonnulla uero
horum

horum neutro, in singulis eorum quę ad expositionem nobis expromentur dictionibus idipsum declarabimus. 2.

Causus, id est febris ardens fit, cum venulæ tpe æstiuo exiccatæ acres & biliosas quæ tenues sint, trahunt ad se humiditates, quas ἰχῶρας vocant,

Aestiuum anni tempus dixit calidum & siccum siue vltimo vere fuerit siue prima æstate, siue in horum temporum mediis vel extremis, siue primo autumno. Quod autē aeris nos ambientis temperamentū dispositionem corporis secum mutet, siccū quidem ad sicciorem, humidum vero ad humidiorem in commentarijs epidemiorum morborum est demonstratū. Quod item & anni tempus mediocre & temperatum naturalem seruet temperaturam, cæteris quæ in vniuersa victus lege agunt homines modo habentibus simili. Demonstratū præterea & corpus quod a naturali moderataq; conditione sese alienauit, cōmu-

rauit, id, propter quod alienatum est & commutatū ob illud peculiari egere auxilio, vt arefactum humectatione, humectatum exiccatione, calfactū refrigeratione, & refrigeratum calfactione. Cum igitur ob aliquam rerum quas exempla dicit Hippocrates circunstantiam venulas aliquas qualibet in parte corporis exiccari contigerit, a vicinis partibus trahunt hæ humiditates. Si ergo quæ ad arefactas venas feruntur humiditates, vt substātiā humidam naturam, ita & vim humectatoriam habuerint, pars naturalem commoderationem recipit. Verum si humiditas qualitate acris fuerit, & facultate siccatoria, corpus incenditur: vt si ex nobis quispiam siticulosus effectus liberaliter biberit vel vinum qđ quia aqua marina largior mixta sit, te thalassomenon dicunt, purum, vel aquam salsam. Scio equidem me aliquando ex æstiuo itinere siticulosum redditu3 bibisse vini veteris paulo syncerioris calicem vnum, atq; ex eo sitim

magis auxisse, non placasse. Vt igitur nos quāq; mente quæ appetitum mo deretur præditi interdum quidem negligentius, interdum autem & inconti nentius, atq; etiam cum in promptu melius non sit, ad potum aliquem qui & salsus & acris sit peruenire cogimur, sic & venarum facultas attractoria pꝑpetuo vicinis ex partibus humiditatē attrahit, substantiam ipsius qualisnā sit, nullo pacto discernens. Ratione etenim caret qua quippiam ex melio ri scrutari possit. Sed vt pueri brutaq; ad casū oblatum humidum cum sitiunt irruunt, hoc pacto & illa. Si ergo in vna quapiam corporis parte affectio ea fiat, in ea solum qui erisypelas referat, affectus quispiam erit. Verum si venæ totius corporis supra modum exiccatæ, calidas carnosis e partibus humidirates traxerint, in toto corpore fiet quæ causum referet affectio. Causus vero proprie dictus, non caliditatis quæ per totum fit corpus præstat modo vehementia, verum quoq; & siti.

Nam sitis in eo vehemens est, & incõpescibilis. Deest ergo præsenti dictioni singularis de causi generatione sermo, quem nos nuper adiecimus. Nempe in vna corporis parte queuis illa sit, interdum causus gignitur, interdum & toto in corpore. Verum cum in toto sit corpore, sitim omnino parit: cuz vero in vna parte, non de necessitate, nisi pars ipsa sitim pariat. Omnium autez primum & maxime id facit os ventriculi, deinde ventriculus, atq; ab eo stomachus, post pulmo, & subinde ieiunum intestinum. Vtrum igitur ita tantummodo fit causus vt dixit cum scilicet acres & biliosas quæ tenues sũt humiditates ad se traxerint venulæ? Anne & carne id ferente erit causus? siue in parte vna, siue toto in corpore pati eam contigerit? Ostendimus etenim eam vim habere eorum quoꝝ indiga est attractoriam. Præterea & fieri põt vt modo altero sitis affectio fiat. Modum alterum dico cum ex validioribꝰ partibus ad imbecilliorem aliquã mit

tantur excrementa. Nempe q̄ mēbris singulis vt attractoria, sic & expulsoria insit facultas, est declaratum. fieri ergo potest vt interdum quidem ex parte vna, interdum vero & ex plurib⁹ acres & biliosæ quæ tenues sint humiditates exacte ad dictas fundantur particulas quæ. s. imbecilliores sunt. Quod Hippocrates ἰχῶρας, tenues humiditates appellet, liquido constat. 3.

Febris quoq; vehemens habet, corpusq; veluti ab ossearia lassitudine habitum laborat, doletq;.

Febris ergo vehemens habet, ꝑpter naturam tenuium humiditatum quas & acres & biliosas ait. Nempe his superueniunt febres vehementissimæ, id est quæ multam & acerrimam habēt qualitatem. Sicuti & pituitosos sequuntur succos quæ & minorem & minus acrē habent. Laborat autem corpus totum lassitudine vlcerosa propter tenuium humiditatum acrimoniam. Sed de lassitudinum omnium differentijs abso-

ute in libris de tuenda valetudine est tractatum. 4.

Fit autem magna ex parte longum ob iter, longamq; sitim, cum venulæ arefactæ, acres calidasq; fluxiones ad se traxerint.

Tum in principio dixit, tum rursum hoc in loco adiecit verbum hoc arefactæ. procatarcticas appellatas causas veluti exemplo manifestans. primitiuas nunc dicunt. Siquidem calidę omnes, & siccæ causos ꝓgignere possunt. Scio equidem nonnullos ob liberalez vini quod tethalassomenon vocāt potionem causo fuisse correptos. Veluti & alios ob salsamentorum salsarumq; carnium atq; aliorum quorundam salsorum vsum immoderatum. Alius ex ambulatione & æstu veniens, ꝑmum quidem lauit se, deinde domum ꝓductus, vini mixti plus bibit, cœpitq; ꝓtinus affici causo: alius aūt ob iram, & alius ob vigilias causum incurrerūt. 5.

Fit quoq; & lingua aspera, sicca &

valde nigra, ventrisq; morsu dolet, deiectionesq; & liquidæ & pallidæ fiūt, vrgetq; sitis vehemens & vigiliæ, atq; interdum mentis aberratio.

Percurrit hoc in loco quæ causum subsequuntur, quæ & συνεδρεύοντα, id est considentia siue ɔsistentia vocant. Sunt autem hæc: lingua sicca, aspera, & nigra, vētris morsus, deiectiones pallidæ, vehemens sitis, & vigiliæ, interdum quoq; & desipientia. Lingua sane arescit, ꝙ tota corporis affectio sicca sit & calida. Febrisq; talis. Ventris vero morsus propter tenuium humiditatum, quæ illuc confluunt, oritur. Deiectiones autem pro succi redundantia. Liquidasq; eas dixit, nullo pacto concoctas exprimens. Coctio enim, omnia cogit incrassatq;. Qui autem ita habent, vigilant ob siccitatē. Nempe humiditatem immoderatam profundas ad somnum delationes, multam vero siccitatem vigilias procreare est demonstratum. Accedit quoq; &

ab alijs symptomatis fatigatio quę ob vigilias efficitur. Desipientiam autem fieri sciuimus ob eam quæ ad caput recurrit bilem, & ob temperaturæ caliditatem siccitatemq́;. Quod autē vbi quispiã bilem simpliciter dixerit, amara significetur, antea est enuntiatum. Qđ item bilem eandem & pallidam & flauam appellent. Vt ergo nihil eorum quæ ad causum biliosum spectant prætermissum videtur, nisi ꝙ non solum fit per attractionem, sed & per tenuiuꝫ humiditatum effluuium, sic abunde fuseque scripta quædam sunt. Nempe ex his quæ dicta sunt, quædam sunt symptomata causum indicantia, quæ παθογνωμονικὰ dicunt, alia vero συνεδρεύοντα, id est con sident. Verum quæ causos procreant, alia quidem προηγούμενα, id est antegredientia, alia vero προκατάρχοντα, id est præincipientia a medicis appellantur. Omnium autem quæ dixi prægredientium symptomatum, potes tibi vt lubet catalogum facere. Sed

qui librum hunc ſcripſit, a prægredien-
tibus fecit exordium. Venulas etenim
exichari prægrediens cauſa eſt. Dein-
ceps autem cum pͥncipientia vt am-
bulationem longaꝫ & ſitim dicere de-
buit, non ea dixit, ſed ex his quæ affe-
ctum indicant quippiam dixit, vt fe-
brem vehementem. Debuit & hic ſitiꝫ
vehementem adijcere, quam poſtea
ſimul cum alijs quæ conſidentia vo-
cantur ſymptomatis dixit. quorum q̄-
dam aliquando, alia perpetuo cauſis
inſunt, quod & ipſe oſtendit inquiens.
(Interdū autem & mentis aberratio)
Nam interdum perpetuo opponitur.
Ego autem dico & ventrem morderi
& biliosa deiicere non eſſe ex his quæ
perpetuo inſunt. Nempe ꝙ vehemēs
morbus ſit, motuſq; acrium & tenuiuꝫ
humiditatum ad interna ſit, propterea
hæc contingunt, his quidem qui ven-
trem heparq; cauſi veluti ſedem ha-
bent. Verum his qui pulmonem ve-
luti ſedem habent, hæc non admoduꝫ
contingunt, ſed quæ de lingua dicun-

tur & desipientia magis. Difficulter ēt & hi spirant, ea scilicet quę densa & magna est spirandi difficultate efflantq; continenter os aperientes, igneiq; spiritus effusione lauantur. verum totam spirandi difficultatem pretermisit, quā in prognostico dictaʒ ostendimus. Cęterum incōposite atq; inordinate symptomata linguę recensuit. Nempe debuit primū siccam dixisse, deinde asperam. Nam ob immoderatam siccitatem lingua aspera redditur: vt si aspera sit, omnino & sicca existat. Quod autem ob caliditatem immoderatam nigrescat, vt his quibus cutis sole vsta sit, iam ante didicimus. 6

Huic aquæ, mulsæq; coctæ & aquosæ quantum voluerit bibendū dabis.

Liber hic etsi Hippocratis non sit, eum tamen legitimo operi iam temporibus. Erasistrati adiectum esse vetus res est. Quapropter mirandū quonam pacto Erasistratus calices cereos in Appolonium & Dexippum retor-

sisse ausus sit. Nam qui librum hunc scripsit, mentem Hippocratis Erasistrato melius intelligens, causo laborantibus quantum placet bibere concedit. Demonstrauitq; & in legitima voluminis huius parte ita sentire Hippocratem. Sed de Erasistrati malitia satis hęc sint. Et iam scrutemur quę in oratione dicuntur. Præcipit siquidem neq; aq̄; solam, neq; mulsam solam his propinandam q causo laborant. Scis eteniз aquam q natura frigida sit, tarde penetrare, & quamplurimo tempore in hypochondrijs manenteз corrumpi in acutis morbis: mel autem facile bilescere. Ob id mulsam aquosam dari iubet, vt aqua, nulla in superiore ventre facta mora a mixto melle ad distributionem trahatur. Ob eas causas & coctam ipsam exhibent. Nempe q̄; cruda sitim magis arcet & flatu magis vacat, vrinasq; magis ciet, vt quæ cruda est, deiectionem. Minus siquideз acris quæ cocta est, non solum quod in coctura peragatur conficiaturq;: verum

q̄ & spumosum ipsius omne tollitur. Nempe quod acre & flatuosum existit, in mulsę est substantia. Cocta autem, tum morsu caret, tum flatu vacat distribuiturq; melius quam per intestina descendat. quo fit vt eam ob causam magis alat q̄ cruda. Cęterum qui ita laborant, citra ptisanæ succum mulsa nutriēdi sunt. Sed quomodo in acutis morbis solos exhibere potus oporteat, in libri huius non spuria parte est prædictum. hæc omnia quæ ad præsentis orationis expositionez ptinent, his qui & ante legerunt, & meminerūt eas quę in illis factæ sunt expositiōes, ad hūc modū & dicta sūt & dicent. 7

Quod si os amarum fuerit, vomere confert, & ventrem subluere.

Bilis amaritudo, amarum os reddit. Nempe cōmunem vnamq; efficiunt tunicam & quæ ventri interna est, & omnis ea quę os subiungit. Non ergo sine rōne sermonis huius scriptor bilez tū p vomitū, tū p clysterē euacuat. 8

Verum ſi ad hæc non aperiatur, lactæ aſinæ cocto purgabis.

Quod omnino quidem eam quæ in ventre eſt bilem vacuare præcipiat, timeat autem purgantia medicamenta, ꝙ & acria & calida prorſus exiſtant, ob id ad lac aſinæ diuertit, vtpote qđ nullam vt non aliud ullú habeat acrimoniam, ſed præ omnibus vnum humiditate exuperat, atq; ob id ſolum ventrem ſubit, Pręcoquit autem ipſuȝ ob flatus. Sed ſane ſolo vti ſero poteris, per oxymeli ipſum vbi lac ante coxeris, ſeparans. Vas quoq; æneum frigida plenum aqua continenter in lac demittes. Nam & hæc ſi probe fiat demiſſio, ſerum a caſeo ſeparat. 9

Salſum autem nihil neq; acre exhibendum, non enim deſcendet.

Salſus ſuccus qualiſnam ſit, ex ſale apparet. De acris autem tum ſubſtantia tum facultate, dictum eſt in quarto ſimplicium medicamentorum. Piper ſiquidem, ſinapi, pyrethrũ & quæ-

cunq; viribus calida sunt, acria quoq; gustantibus apparent. Quo fit vt tuꝫ acria tum salsa tanq; causum augentia vitare iubeat. Hæc autem acribus magis siccant, q̃;q̃; illis non similiter, sed minus calfaciant. 10

Sorbitionem vero nisi dies iudicatorij transierint, non dabis.

Sermonem ita vt robustum esse virtutem subaudienduꝫ sit, intellige. Nẽpe hoc pacto Hippocrates doctrinam facit magna ex parte quæ singulis in scopis præcipiuntur scribens. Quo pacto cum semel dixit, comparare inter se quæ demonstrata sunt consideratis ipsorum viribus oportet. Q͛d sorbitio ante iudicationem danda non sit, in prima huius libri, quæ legitima est parte, est demonstratum. 11

Et si e naribus fluxerit sanguis, soluitur ægritudo, atq; si sudores superuenerint, iudicatorij legitimi cũ vrinis albis crassisq; & leuibus subsidentijs.

In acutis febribus quod ex sanguine feruet, ad caput fertur, cum igitur rescissis ruptisq; venis natura idipsũ vna cum aceruatis vaporibus effuderit, cęteris propius dominatur & imperat. Pari modo & cum per sudores eas quę tenues sũt humiditates expulerit, morbum sanat, si vtiq; morbo iam cocto superuenerint. Nam de re huiusmodi iam sæpius in alijs explanatorijs commentarijs est dictuz, atq; in his qui de iudicationibus sunt confecti. Vt igitur in prima libri huius pte, quam omnes legitimam fatentur, eum qui a morbi coctione est scopum ad victus rationem cõmodissimuz accepit, sic & nũc ad prædictionem. Subticuit quidem coctionis nomen: sed constantissimaz ipsius notam scripsit. Optima igitur vrina est, quæ albam & læuem habet subsidentiaz, vt in prognostico est demonstratum. Neq; tamen ad spem salutis semper apparere expostulabis, cũ si enæωrema naturali tum colore tum substantia cõmodum videris, satis tibi

erit. Et iam his ita habentibus in interpretatiõe exuberauit dictio. Nam ob dictas vrinas constat & sudores iudicatorios esse, quapropter & frustra adiectum. Legitimi præterea non proprie in ipsis dicuntur. Nam pro morboruȝ genere talem inferre consueuerunt appellationem, cum alij medicorum probatissimi, tum Hippocrates ipse. 12

Et si abscessus aliquis factus fuerit,

Rarissime per abscessum iudicatur causus, atq; adhuc magis si citra partis corporis adiectionem, recensionem qs fecerit. Nempe parotidibus, id est abscessibus qui post aures fiunt, causos scio iudicatos, sȝ nõ lĩimos. Id aũt paulo post ꝯdisces post expositionẽ. 13

Verum si absq; his soluatur, reuertetur ægritudo, vel coxa vel crus dolebit, expuetq; crassa si sanus est futurus,

Vbi de sanguis eruptione sudoreq; egit, si absq; his causus desierit, suspectam ait esse solutionem. Nam paulo post reuertetur. Erit siquidem ait in re-

cidiua

cidiua cruruȝ dolor, vel coxæ, ſpuetq́ crassa. Nempe q̄ iudicandus, ſanguinis eruptione vel ſudore vel abſceſſu opus habeat, poteſt quis arbitrari ad ſanitatem dictum eſſe, ſi dictis adiecerit quæ curationi intendens ipſe ſcripſit, vomere ſcilicet præcipiens atque aluum ſubducere, potumq́; aquam & mulſam aquoſam coctam adminiſtrans. Quare ſi cum his quideȝ & ſanguinis eruptionem & ſudores, & abſceſſum cauſum ſoluere quis dixerit, alias autem ſolui non poſſe, ſermoneȝ fortaſſe iuſtum æquumq́; dicere videbitur. Iuſtum autem, æquumq́; dico quaſi mediocriter vera loquentē atq́; priore magis, non tamen integrum abſolutumq́; prorſus. Neq́; eniȝ verus eſt ſermo. Nempe quod in aphoriſmis dicitur, (A cauſo habito rigore ſuperueniente ſolutio.) veriſſimum exiſtit. Rigorem autem hunc de neceſſitate ſequitur interdum quidem ſudor ſolus, interdum vero & bilioſorum vomitus ſolus, atq́; interdum deiectio ſola: ſed

plerunq; ex dictis tribus duo fiunt, &
rursum qñq; tria. Nempe horum duo
rum de necessitate alterum in causo fit
si ad integritatem desinere debeat. Nã
biliosi humores vel pfecte vacuabun
tur vel extinguentur. Prętermissa itaq;
videbitur præcipua causorum sana-
tio. frigidę. s. potus, quo causos prorsus
curauimus nullo ex his moriente, qui
bus frigidam tempestiue propinaui-
mus. cuius expositionem priore quidẽ
libri huius parte paucis percurrimus:
at in cæteris tum commentarijs tum
operibus fusius. Sed forte qspiam me
asserere putabit nullum ex his qui cau
so laborant moriturũ qui aquam tem
pestiue biberit, q̃;q̃; id non asseram, sed
quod oĩbus quibus propinaui quum
adeo multi extirerunt vt numeri non
meminerim, successit auxilium & sa-
lus. quod idem non est. vt si diceres
causo laborantes si frigidam biberint
seruandos. Nam qui pernitiose insalu
briterq; habent, eos neq; p aliud quip
piam, neq; per aquam seruari est possi

bile, quibus neq; ministrare sum conatus. Quod autez in fine dictionis narratur, (Expuetq; crassa si sanus est futurus.) In his tm̄ causis obseruare debes qui passo pulmone oriuntur. 14.

Causi genus aliud: aluus soluta, sitis magna, lingua aspera, sicca, salsa.

Veteres Græcos reperio nomen generis interdum in homonymis vsurpare. homonymis inq̄; quæ vnum quidem habent significatum: sed ex ipsi⁹ diuisione ad plures deducuntur differentias. In quo sæpius dicere consueuimus genericas rei huius differentias esse vel duas vel tres vel quatuor, vel quotquot esse possunt. Sed cum homonyma duplicia sint, aliqua quidez nullo pacto inter se communicantia, vt cum canem dicimus & terrestrem & marinum. Alia vero quę cum synonymis aliquatenus communia existant, cum ab vno factam appellationez habuerint, ad quam iterdum referantur, considerandum vt dictum est duo es-

se causorum genera. quod exacte qui dem cognoscetur, si substantię vtriusq; ratio quæ in appellatione est, ostensa fuerit. Sed qm̄ a mentis concæptu ratio iudicium accipit, perscrutandum si mentis concæptum causi ita consonū habemus vt hominis, bouis, & equi. At cum oratio commentario prolixior futura sit, tum ipsaʒ tum cæteras ad breuem ꝯtrahere summā conabimur, hoc exorsi modo. Febrem causum medicos reperio appellantes cum vrens caliditas, sitisq; incompescibilis hominem torquet. Quod si ita habet, causum eum in quo corpus non vritur, sitisq; leuis sit, non simpliciter exquisitū legitimumq; dicemus: eumq; qui pro dimidia parte talis sit, breuioris doctrinæ gratia causum nothum appellare haud perperam fuerit. Quo aūt modo tertianis in febribus appellatione hmōi vti consueuimus, ita duo causorum genera esse intelligemus, vt tertianarum genera duo esse quispiam dixerit, vnum exquisitum legitimumq;: al

terum vero nothum ſpuriūq;, cui vide licet ex legitimi quidem ſymptomatis nōnulla inſunt. aliqua vero non. Q ꝺ autem ſecundus cauſus de quo in hac parte docere inſtituimus, tanq̄; dimi-nutus quidam ſit, atq; non exacte ab ſolutus, certior fies ſi mentē ad ea ſym ptomata quæ a ſcriptore ipſo in eo fie ri dicuntur, conuerteris. Nempe princi pio ait. (Aluus ſoluta, ſitis magna, lin gua aſpera, ſicca, ſalſa, non eo adiecto quod in priore adiecit. Nothus ſiqui-dem cauſus ex legitimi ſymptomatis alterum quidem habet, alterum non. Deinceps autem linguam aſperam eſ ſe inquiens & ſiccam non adiecit nigrā q̄uo in priore: ſed pro hoc ſymptoma te ſalſam dixit. Nempe vt cum lingua amarulenta redditur, flauam redunda re bilem oſtendit: ita cum ſalſa, ſalſuȝ ſalſuginoſumq; appellatū humorem, qui ex pituitæ generibus, quæ tria ſūt, vnum exiſtit vt tibi innotuit, acido. ſ. dulci & ſalſo. Q ūo igitur prior cauſus ex amara bile conſtans, pallidas gemi

nam ob causam parit excretiones, tuz ꝙ tenuis fuerit tum ꝙ febris vrens augeatur, prænata in eo quæ flaua est bile: sic pituitosus humor neq; facile excernitur, neq; febrem auget, neq; sitim ardentem habet, neq; in spiritum vertitur vanescitq;, atq; ob id de eo dixit (aluus soluta,) excernere ipsam solam ostendens, quod ipsi nō excernere aduersatur. subit siquidez his venter non tamen ſm humoris cuiuspiam formaz speciemq;: sed his quæ in alimentum ministrata sunt, corruptis. Non enim hi potu reguntur vt q̃ plurimi eorum qui priore infestantur causo. Nempe hi citam habent excretionem, tenuem scilicet & feruentem assecuti humorē. Seram vero alij ob frigidam glutinosamq;, & crassam pituitæ substantiam. fieri ergo nequit, vt qui ita laborant solo vtantur potu. Id siquidem vidicimus in his morbis qui in quinta vel septima die valida existente virtute coctionem sunt recepturi. Verum si morbus ad nonum vel decimumquartuz

vel vigesimum sese prorogaturus sit, in eo circa initia ptisanæ cremore vtimur. 15.

Vrinæ defectus.

Dici id ab ipsis consueuit vel cum non effatu digna vel nullo pacto emittitur vrina, fit autem in instituto præsenti sermoni causo propter humoris crassitiem. 16.

Vigilia.

Causo vtriq; commune, id est, atq; ob id in priore mentionē huius fecit. fit siquidem in illo magis q' caput accendatur, inflammeturq; magis. 17.

Et refrigerata extrema.

Symptoma hoc secundi est causi. Verum sermonem non simpliciter efferre conuenit, sed cum definitione aliqua. Neq; enim perpetuo talis existit, at cum malignus fuerit. Nempe in biliosis vrentibusq; febribus, caliditatem ad extrema vsq; corporis extendit, etsi non malignus causus fuerit. At in pituitosis fumosa est caliditatis substan-

tia, cum scilicet vel in ventre vel hepate vel pulmone salsus humor putruerit, ob quam quidem caliditas ignea redditur. Verum si malignus fuerit morbus, refrigerantur extrema ob virtutis imbecillitatem, phlegmonesq; totum ad se sanguinem trahentis magnitudinem. Nam absq; his nunquam lethalis efficitur morbus. 18.

Causus hic, nisi sanguis e naribus fluxerit, vel circa collum abscessus fiat, vel crus doluerit, & æger sputa crassa excreauerit, (hæc autē astricta aluo fiunt) vel coxæ dolor, vel pudendi liuor superuenerit, non iudicatur. testis quoq; intensus iudicat orius existit.

Quod soluantur per abscessus magis q̄; per excretiones quæ ex pituita putrescente oriuntur febres, sæpius est demonstratum. At in præsenti causo non abscessus modo commemorauit, verum quoq; & sanguinis ꝓfusionem adiecit, magisq; in his causis quorum

ſedes in pulmone exiſtit. Nempe in huiuſmodi affectionibus caput incaleſcit, ſanguine repletur, effunditq́; quod ex eo redundat tum ruptis tum adapertis venis. Ob eandem cauſam ceruici abſceſſus fiũt, & parotides his qui ita afficiuntur. Verum quibus affectionis ſedes in ieiuno vel hepate exiſtit, deorſum magis fiũt abſceſſus, qua efficitur ratione vt crus doleat: pudendum liueat, teſticuluſq; his tendatur qui ita afficiuntur. Fit autem teſtis intentio interdum ab ea quę in eo ſit inflammatione, interdũ quoq; & ob cuiuſpiam eorum quæ ſuperius inflammantur vlcerationem. Quoſdam autem eorum qui in pulmone afficiuntur, craſſa expuere cocto iam morbo diximus. Ex eo igitur liquet doctrinam confuſam eſſe inordinatam & indefinitam. quod tametſi eam quæ librorum gratia fit illuſtrationem euidentiamq́; deceat, libro tamẽ nullo pacto eſt peculiare propriumq́;. Nam cum multis membris paſſis tales fiant febres, dein-

ceps & ex ordine ſymptomatum catalogum ſcribere oportebat, & non inordinate indefiniteq́;, ſed ſecundum peculiarem propriumq́;, & p̄ſentem morbum efficere. Et ſane in hunc dictum eſt modum, (aluus ſoluta,) nō φ cauſis ſymptoma hoc perpetuo inſit, ſed vt interdum. Nam quibus venter ita vt dictum afficitur, his corrupto cibo deiectiones liquidæ exiſtunt. Verum quibus pulmo ita habet. ventre haud quaquã patiente, his deiectiones huiuſmodi de neceſſitate non fiunt, cum interdum modo contrario ita affectis dura aluus contingat, & difficulter excernant. Præterea & quibus in iocinore cauſi ſubeſt radix & q obiecur cauſo laborant, his quæ excernuntur, interdum quidem liquida exiſtūt, & interdũ ſicca veluti quæ πυρώδη appellantur, quaſi in gyrum voluta ſpiroſaq́; dixeris, combuſtis ſcilicet a viſceris phlegmone ſiccioribus & quaſi in nucleũ formatis excremētis, σκύβαλα Græci vocant. Cum igitur viſcus hu-

iusmodi solum phlegmone obsidebi-
tur, id efficiet. Verum si cum phlegmo
ne fuerit & imbecillitas, liquida deij-
ciuntur, viscere scilicet alimentum ad
se trahere nequeunte. Sed deiectiones
huiusmodi ab his quæ ventre affecto
fiant chylositate distinguntur. 19

Sorbitiones dato attractorias.

Quod sæpius dicere solitus q̃ scili-
cet obscura lectio nihil doceat, id &
nunc dicam. Nam qui ex pituitæ vi-
tio laborant, oxymelitis quidem po-
tus his est cōmodissimus: sed alimentũ
ptisanæ cremor. Ego tamen q̃;q̃; hoc
noscam, atq; a nullo didicerim, diuina
re non possum quasnam dicat attra-
ctorias sorbitiones. Oxymeli siquidez
& secatorium, & incisorium & abster-
sorium dici potest, attractorium tamē
nullo pacto, quia sane quod ab ipso
attrahat demonstrare non possumus.
Ad hunc modum neq; ptisanę cremo
rem attractorium esse asseremus. Sed
forte quispiam dicet velle ipsum ven-
trem subducere attractorijs, id est quę

crassum trahunt succum. cuiusmodi ē quod pituitam trahit. At vero sorbitiones non dixisset. Nempe hoc munus medicamentorum est & non sorbitionum sicuti neq; potuũ. Innotuit ergo quonā pacto in obscuris dictionibus nihil certi compertiq; habeamus. Qua propter neq; dictionem hanc defendere conabimur, ꝙ nihil in ea certum finitumq; reperiatur. Cæterum nō mihi constat quonam homines pacto vt in alijs multis manifeste errent, sic & ĩ eo ꝙ his quæ obscure dicuntur gaudeāt: q̄q̄; omnes vno ferme ore perspicuitatem orationis virtutem esse, obscuritatem vero vitium proclament. 20

In acutis morbis sanguinē detrahes si vehemēs morbus videatur, flor ueritq; ægrotāti ætas, & viriũ adfuerit robur.

Sermo hic nimirum Hippocrate ē dignus. Subitq; mihi in admirationē ꝙ inter aphorismos eum non scripserit, cum in paucis verbis vis magna cō periatur, quod aphorismis vsu eueni-

re ſolet. De his ergo qui ſanguinis egēt detractione frequens apud medicos fuit ſermo. Quorum quæ de ea detra ctione maxime probabilia videntur, duobus a me ſcriptis ſecure ſunt enar rata libris, quorum alter de ſanguinis detractione inſcribitur: in quo quæ cō modant omnia docentur. Alter ſcri- ptus eſt vt dixi medicis tum empiricis tum dogmaticis. Verum amethodi .i. ab omni methodo alieni Theſſalij vti & cætera ſine demonſtratione ſimpli- citer dicunt: ſic & ſanguinis detractio- nem χαλασμὸν, id eſt relaxatoriū cen- ſent eſſe remediuȝ. χαλασμὸν vero nō vno exponunt modo vt per cōmen- tarios noſtros cuȝ de methodica ſecta ageremus oſtēdimus. Qui aūt omnē de ſanguinis miſſione hiſtoriam intel- ligere voluerit, legere tum noſtros tuȝ reliquorum medicorum libros poteſt. Nunc vero ſummam ipſaȝ in paucos tandem relatam ſcopos audi. Sangui- nem etenim primum detrahes ſi ma- gnus tibi videatur morbus. Tali autē

remedio vtitur propter vehementes affectus, qđ a qualitate desumit. Neq; refert si vel vehementem vel magnū morbum dixeris. *Secundus* sanguinis detrahendi scopus est: si æger ętate floruerit. Neq; enim puer neq; senex, sanguinis sustinent detractionem, etiam si morbus quo ipsi laborauerint magnus fuerit. Tertium scopum non prętermisit libri huius conscriptor, qui facultatis robur existit. Neq; enim in his qui ætate florent, cum languent perpetuo robur apparet. Quam ob causam quis forte duo hęc sola pro scopis detrahendi sanguinis satis esse autumabit, magnitudinem scilicet morbi & virtutis robur. Neq; enim senex ꝙ annosus sit per se sed propter virtutis imbecillitatem non fert sanguinis detractionem. At certe pueri quamquā vitali facultatē valeant, tamen neq; hi sanguinis sustinent missionem. Promptè enim eorum substantia tum propter humiditatem tum propter temperamenti caliditatem euaporatur. De-

tractione igitur ſanguinis non egent q̃ inſitam naturalemq; habent vacuatio nem. Ob eam cauſam ſcoporum ſanguinis detrahendi numero non ſatiſfa cere videntur magnitudo morbi & vir tutis robur. Meliuſq; feceris ſi & florentium ætatem adieceris. Quod porro in fronte dictionis dictum eſt, (In acutis morbis ſanguinem detrahes,) vt cõſideretur eſt dignum. Sed quo modo longorum morborum non meminit? Quoniam ſane de acutis nunc docet, atq; ob id ſolos eos memorauit. Nempe & ex longis multi ſunt qui ſanguinis egent detractione, cum & hi dictis tribus ſubiaceant ſcopis. Cæterum cũ omnia hæc recte dicta ſint, quoſdam tamen non recte vſos fuiſſe eſt putandum. Quo e numero eſt Menodotus empiricus in ſola plethorica appellata ſyndrome ſanguinis miſſionem obſeruari aſſeuerans. Nunc autem & ea non exiſtente, venam ſecamus cum dolor vehemens hominem prehenderit, vel pars aliqua fracta fuerit, vel os

ex loco pulsum sit, vel alius quispiam articulus ɔtractus reductusq; sit. Neq; etiam plethorica facta syndrome sanguinem semper mittimus, sed & frictione, & balneis multis, & abstinentia quę tribus vel quatuor dieb⁹ fiat, ad id qđ naturale est reuocamus. Verũ de his abunde tum in libro de plenitudine, tum in libro de sanguinis detractione est pronunciatum, præterea & in libro de morbis curandis. Ad præsens ergo hęc veluti in sanguinis detractionis cõmentario dicta sufficiant. Verum vt nihil desit, adijciam & eum qui ab ambiente nos aëre desumitur scopum, cũ fuerit abunde calidus & siccus, ita vt cito ab eo corpus euaporetur. Nempe tunc a sanguinis missione abstinemus, etiam si morbus magnus fuerit, florensq; ætate homo. Id ergo author solum prætermisit, reliquis scriptis. atq; etiam patientis ipsius corporis habitũ. Verum præcedente oratione & mentioné habitus fecit, q & ætatis differẽtias in se ɔphendere põt, vt oñdã. 21.

Porro

Porro si angina fuerit, & si aliud quippiã ex pleuriticis malũ, ecligmẽte repurgato, at si æger ob copiosam sanguinis missionem imbecillior fuerit, clismũ tertio quoq; die vẽtri ĩfundes donec ĩ tuto æger fuerit, & fame ĩdigeat.

Συνάγχη, id est angina partiũ quæ in gutture sitæ sunt plegmone est, quę post sanguinis missionem repurgari potest, id est quæ in partibus phlegmone obsessis continentur, per sputa euacuari possunt. Nempe corpus impurum excrementosumq; quod vacuatur, iure optimo expurgari quispiam pronuntiauerit. Cæteris autem acutis morbis omissis, de pleuritide mentionem facit, quomodo & in prima libri parte fecit. Si vero imbecillior, inquit, æger tibi eẽ videbitur, vel ꝓpter sanguinis ablati copiam vel ob aliam q̃;uis rationem purgationis vice clysterem tertio quoq; infundes die. Nempe relaxato per sanguinis missionem corpo-

re, quod ex morbificis humorib⁹ qualitate vitiosum superfluit, per clysterez id euacuari iubet. Quod autem scopus illi sit non solum alimenti excrementa subducere, verum quoq; & passim locum expurgare palam est. Qd̄ vero finem orationis facit, (Et fame indigeat.) his qui in primo libro a nobis demonstrata meminerunt, etiam manifestum euadit. 22.

Obsessa inflammatione hypochondria non spirituum interclusione, septi transuersi intensio, vel spirituum protensiones, quibus orthopnœa sicut pus non subit, sed a spirituum interclusione pathemata hæc superueniunt. potissimum vero & iocineris dolores, & lienis grauitas, atq; inflammationes aliæ, & superiores septo dolores, morborūq; collectiones quas συςροφὰς dicūt, solui non possunt, si quis primum purgante vti medicamento aggressus fue-

rit. Nam venæ ſectio in his præferenda venit. Deinde clyſmis eſt opus ſi vehemens & magnus fuerit morbus. ſi vero non, & poſtea medicamento opus ſit, ſane id poſt ſanguinis miſſionem ſecure & mediocriter porrigendum.

Morborum qui primum ſanguinis egent miſſione, deinde ab ea purgari expoſtulant, catalogum facit. Primū́q; inter omnes ſcribit, φλεγμαίνοντα ὑποχόνδρια, id eſt flragrantia flāmantiaq; hypochondria. Neq; vocem hanc φλεγμαίνοντα ex Hippocratis conſuetudine audias velim. Nempe flammantes morbi omnes & calidi, voce hac ſignificantur. cuiuſmodi ſunt eriſypelata, herpetes & carbunculi & quæ proprie phlegmonæ appellantur. Verum recentiores medici omnes ſpeciei flagrantium corporum vni vetus cōmune nomen indunt. vocantq; hoc pacto ſolum eum tumorem qui durus cum dolore & multa caliditate exiſtit. Ve-

rum cum & alij prȩter naturam existũt tumores vt scirrhus & qui a recentioribus medicis œdema appellatur. Fuit siquidem & id aliquando commune nomen tumorum omnium præter naturam atq; ipsius inflationis. Diximus quidem alibi libro vno de tumoribus præter naturam: verum impræsentiarum vt cætera, ita & hoc summatim dicatur. Scirrhus quidem durus tumor est, & doloris expers. Verum inflatio bifariam est. Nempe collecto in quibusdam cauitatibus vel sensui expositis vel ratione contemplabilib⁹ flatuoso spiritu. Fuerunt sane qui aliquãdo tumores præter naturam in musculis secuerunt, tanq̃; pus in imo reperturi: sed nihil aliud præter q̃; spiritum qui totam per carnem minutatim dissеminatus esset inuenerunt. Præterea & thrombis solis aliquando ita sectis humiditas vel viscosa vel mucosa est reperta. Verum in talibus tumor vel ex thrombo, vel mucore erat, carne ad hunc affici moduȝ apparente. spiritus

autem in ea per minuta est dissemina tus. Non igitur in præsenti dictione. (Phlegmone obsessa hypochondria.) ꝭm assuetum Hippocrati significatuz dicta esse videntur. Nempe quaz men tem habebit quod ipsi adijcitur, (non flatuuz interclusione?) cum flammea caliditas in hypochondrijs siue cum flatu fuerit, siue non, eandem habeat indicationez. Neq; etiam ita dicere est visus vt aceruatim coniunctimq;, tum inflammationem, tum spirituum inter clusionem fieri dicatur, cum id falsum sit. Nunq; enim spiritus interclusio fla grantem hypochondrio infert affectio nem. Qui ergo hęc scripsit, (Phlegmo ne obsessa hypochondria,) dicere est visus quæ in tumorem sublata sunt. Post hæc autem mentionem (de septi transuersi intensione) fecit. deinde & (protensione spiritus.) septi transuersi intensio manifesta est omnibus. Sed (spiritus protensos) dicere visus est ve- luti interruptos. De quibus in prima li bri huius parte scriptum est, (Spiritus

offendens in ea quæ extra fit aeris de-
latione.) Super quo in dictionis illius
expositione est enarratum. (Siccam
autem orthopnœam) dixit eam spiran
di difficultatem quę sine sputis vel tus
si vsqueadeo vehemens est, vt inclina
ri citra suffocationem qui ita afficitur,
non possit. quam fieri non ignoras ab
angustia earum pulmonis capacitatũ
quæ spiritum deferunt. quæ id patiun
tur, iacentibus magis, minusq; stanti-
bus, & profecto recte sedentibus om-
nibus quæ in thorace existunt parti-
bus. quo fit vt & orthopnœa appellite
tur. Sed cum ea interdum fiat ob visce
ris phlegmonem, vt in peripneumo-
nijs, interdumq; & oppleto gutture, san
guinis missiõe ait egere eos qui ortho-
pnœa sunt affecti. eos inquam quib9
pus collectum non sit. Nempe quib9
pus collectum sit, eos puris vacuatio-
ne egere constat. Qui autem a spiri-
tus interclusione (quod in angustiam
acto pulmone fieri solet) hæc patiun-
tur, eos sanguinis missione iuuabis. Pa

ri modo & iocinoris dolores splenisq; atq; cæteras omnes inflammationes sanguinis detractio iuuabit, atq; uniuersas morborum collectiones Græci συστροφὰς dicunt. Quod autem συστροφὰς morborum dixerit eas quæ ab intumescentibus fiunt partibus, par est. Audio siquidem, & nunc multos in Asia nostra tumores præter naturam omnes ita nuncupantes. In his siquidem prius q̃; sanguis mittatur, purgationem interdicere oportet, quamq̃; & hanc quoq; mentem rationemq; deinceps dicat in ea q̃ sequit̃ dictione. 23.

Quicunq; autem ea quæ inflãmantur, statim morborum inter initia medicamento soluere conantur, ij non solum ab intensa inflammataq; parte nihil adimunt, cum non cedat obsequaturq; quæ adhuc cruda est affectio: uerum quoq; & quæ morbo aduersa, & sana sunt, absumunt contabefaciuntq;: ductoq; ad imbecillitatẽ corpore, mor-

bus superior euadit: qui vbi corpus vi-cerit, remedium non habet.

Hunc exposuimus aphorismum cum illum exponeremus, (Gocta medicari & mouere.) atq; in eisdem quibus & nunc symptomatis. Recte autem ad sanguinis missionem propius deueniendum præcipit, vbi vitiosi aliqui humores in partem aliquam confluant atq; in ea aceruentur, quod modo quodam vt dixi συῤῥέφεσθαι, id est colligi in ea parte dicitur. Quod autem in fine ante hanc scriptæ dictionis scribitur, quidam dignotioni in accessum efficiunt nomen φαρμακείας in casu accusandi pro genitiuo legentes ad hunc modum, ἀσφαλείας μὲν καὶ μετρίου τινος δεῖσθαι φλεβοτομίαν μεταφαρμακείαν. qua dictione significari volunt ad sanguinis missionem a medicamento veniendum. Verum in tota dictiõe prius ad sanguinis missionem veniendum, deinde ad medicamentum præcipitur, non aũt econ-

trario vt ij ſcribunt aſſumendum medicamentnm, deinde ad ſanguinis detractionem deueniendum. Cætera dictionis dilucida his ſunt, qui exacte dicta noſtra animaduerterunt. 24

Quod autem quis repente obmuteſcat, id venarū intercæptiones occluſionesq́; faciunt, ſi ſano abſq; occaſione vel forti alia cauſa id contigerit.

Venarum ἀπολήψεις, id eſt intercæptiones, appellat oppletiones quæ a copia exoriuntur. Cū igitur ſupra modum oppletæ fuerint venę, premi virtutem grauariq; eſt neceſſe, atq; in extinctionis agi periculum natiuam caliditatem, quæ ob multitudinē copiāq; ſuffocationi quippiam ſimile patitur. Oriuntur ſiquidem epilepſiæ, & apoplexiæ, & ſyncopæ cardiacæ. Nempe vno cōmuni Aphonię, id eſt vocis carentiæ ſymptomate, ſymptomata huiuſmodi ſignificauit. Adiecit aūt orationi, (*Si* ſano abſq; occaſione vel alia forti cauſa id contigerit.) vbi πρόφασιν

id est occasionem dico, causam euidẽtem manifestamq́;. vt si quis in lucta vel pancratio ex brachiorum accommodatione ad periculum suffocationis circũductus fuerit. Causam vero aliam fortem dico qualis vel tumore vel maximo animi mœrore percussis accidit. In ægris autem vocis priuatio huiusmodi fieri potest, læsis dũtaxat his quæ voci efformandæ subseruiunt instrumentis, vel etiam his quæ respirationi deputauit natura potest quoq; contingere ob recentẽ quandam exolutionem & afflictionem virtutis. Vt autem ab huiusmodi aphoniis vocisq́; priuationib⁹ eã distinguat q̃ oratiõi ap posita ẽ, adiecit: (si sano ɔtigerit.) 25

Venam igitur brachij dextri internam secare oportet.

Velocissime & plurimũ ex his quæ principes sunt partib⁹ vena ea corpus vacuat, atq; ob id in acutissimis morbis ad eam sese confert, 26

Sanguineq́; auferre ĩspecta secũdũ

habitū ætatēq; pluris minorisue rōne.

Superius cum de scopis missionis sanguinis ageret, corporis habitū quidem omisit, sed hoc in loco viriū non meminit. Verum habitus nomen pro virtutis nomine dictum esse opinant nonnulli vna ex re duo dici perperam existimantes. Nempe habitum ad corporis constitutionem deferentes dicimus, vtpote cum quis vel mollis vel durus fuerit. Robur vero virtutis functionum vehementię attribuimus, Ex quo fit vt duo hi sint scopi vacuādi quidem indicationem q̄ cōmunes sint, habentes, sed inter se differentes, veluti & ab ætate. Verum ætatem ipsam ad corporis habitū referre est melius, & non virtutem. Nam pueris propter habitus molliciem, succi perspirabili cute facile digeruntur. Senibus vero non facile propter siccitatem & frigiditatem, satisq; esse tres hos detrahendi sanguinis scopos qspiam dicere potest. Indicationem accipientibus nobis & a morbi qui curatur magnitudi

ne, & habitu & virtute. Cuiusnam aũt ambiens nos aer esse debeat temperaturæ ĩspiciendũ esse ẽ supra dictũ. 27

Quãplurimis autem horũ accedũt hæc. faciei rubores, oculorũ constantia, manuum porrectio, dentiũ stridores, pulsus, maxillarũ contractio, refrigeratio extremorum, & spirituum in venis intercæptiones.

Inter hæc quæ deinceps accedunt, faciei solus qui ante scribũtur, rubores sanguinis copiam indicant. Succedit oculorum constantia, id est ĩmobilitas & manuum porrectiones. Nempe & eas lædi ob neruorum principium cõtingit, sed aliter q̃; sit oculorum constãtia. Nempe ea veluti torporem quendam functionum in neruorũ primordio indicat. Manuum vero porrectiones & dentium fremitus neq; ob quietem neq; ob principij immobilitatem, sed propter vitiatam motionem exoriuntur. Quid autem pulsus indicent,

non omnino conſtat. Nempe veteres in motionibus dolorē in membris inflāmatis excitantibus, hoc ꝓmunt ꝓferuntq; nomen. In palpitationibus quoq; & præterea in vehementi arteriarum motione. Maxillarum contractio conuulſionis eſt ſymptoma, manumq; porrectiones & fremitus dentiū. Extremorum vero perfrictio in huiuſmodi affectionibus caliditatem natiuam ab humorū multitudine grauari oſtendit. Quod autem in fine dictionis apponitur, id vt de pulſus carētia ἀσφυξίαν Græci vocant, dicatur probabile eſt. Naʒ veteres, arterias, venas appellabant. Spirituum ſane intercæptiones quaſi inclinationes & quietes ab authore dici poſſunt. Sunt qui ſequentis dictionis alteram habentis ſententiam principium cōſtituant dictionem hanc. cui quæ deinceps ſcripta ē, coniungunt copulantq;. 28

Cum dolores acceſſerint, bilis atræ fluxionūq; acriū deſtillationes fiunt. do

lent morſa interna, morſæq; atq; admodum arefactæ venæ intẽdũtur, trahũtq; inflãmatę quę influũt. quapropter corrupto ſanguine, nequeuntibuſq; ſpiritibus naturales pertranſire meatus infrigidationes fiunt ob ſtationẽ, vertigines, aphoniæ, capitis grauitas & conuulſiones, ſi iam ad cor vel hepar vel in venã peruenerint. Hinc epilepſiæ, & paraplexiæ ſi continentes locos fluxiones inuaſerint, atq; ſpiritibus exire nequeũtibus exaruerint,

Eiuſdem cum prædictis generis eſt ſermo qui nunc effertur. quem & nõnulli illis copulant. atq; ob eã cauſã bifariam verbum hoc προσγένηται, id eſt acceſſerint, ſcribi reperitur. Sũt enĩ qui præſentem ſermonem cum prædictis coniungant ſcribentes πρὸς ſyllabam cũ σ elemento. alij vero non cõiungunt, ſcribuntq; πρὸ ſine σ. Verum quod in oratiõe dicitur, huiuſmodi ẽ.

Dolorum motio fluxionem humiditatū ad eam quæ dolore vexatur partem excitare consueuit. Cum igitur vitiosis succis corpus refertum fuerit, bilis atræ cæterorumq; acrium humoruз fluxiões exoriunt, ob quas dolet æger magis, mordenturq; iterna, grauantq; morsæ a prædictis humoribus quæ in affecto loco sunt venæ. idq; ipsum rei alterius causa redditur contraria. Nempe repleta a fluxionibus huiusmodi q̄ afficitur particula, corrumpitur quideз in primis sanguis ipse, deinde vasa opplentur, quod in eo cunctas spirituuз vias arcet cohibetq;. Nempe & id declarauit inquiens, (Nequeũtibusq; spiritibus naturales pertransire meatus.) quod sane spirituum intercæptiones paulo ante vocauit. Cum autem sanguis est, atq; cum eo spiritus, infrigidationes fiunt, vertigines, aphoniæ, capitis grauitates, & conuulsiones: quibus succedunt paraplexiæ, & epilepsiæ, cũ in locos oppletas venas ꝯtinentes deciderint fluxiones. locos dixit corporis

partes, quas author ante scripsit. cor, hepar & venam quæ prædicta coniũgit viscera. venam inq̃; postea a medicis caua appellatam, ꝙ venarum omnium quæ per corpus animalis dissеminantur latissima sit. Iure igitur sanguis in locis huiusmodi propter venarum repletionem spiritũ penetrare nõ permittit, sed veluti in mortuo corpore coalescit, concrescitq;. quod & author ipse ostendit inquiens, (Atq; spiritibus exire nequeuntibus, exaruerint. at proprie magis dixisset a spiritibus. Coalescunt siquidem & quæ siccantur & quæ refrigerantur. Nunc autẽ non propter exiccationem concrescit coalescitq; sanguis, & qui in ipsum defluunt vitiosi succi. Nempe exeũtibus ipsis, & incorruptus & naturaliter fusus liquidusq; redditur sanguis. Verum cum manent, natiuamq; caliditatem respuunt extinguntq;, is tanquam mortuo in corpore coalescit. Cum ergo ita affectis sanguis detrahitur, is frigidus crassusq; & vix effluens apparet, idq; propter hu-
iusmodi

iusmodi refrigerationem. Interduz autem & toto corpore conuulsiones fiunt, iterdumq; salubriter & commode. Nempe corpus totuz quatientes, vniuersas calfaciūt partes, adeo vt ex multitudine aliud p̄ cutim digeratur, aliud ad aliquam ex non præcipuis expellatur partem: vbi cum indissolubiliter impactum fuerit, paraplexiam facit. Nam quod eas quę apoplexia vel epilepsia ad aliquam ex non præcipuis partem irruunt paralyses, id est, resolutiones, Hippocrates ita appellet, est demonstratum. Interdum quoq; & facta absq; conuulsione apoplexia nonnullis morbum in partis resolutionem finiuit, qui paraplexia appellatur. Cætæra dictionis sunt manifesta. 29.

Talibus sane prius adhibitis fomentis, venā cōfestim ab initio secare oportet, cum nondū fixa sint oīa quæ contristant, tum spiritus tum fluxiones, Facilius etenim remedijs patent,

Qui ita habent, his ante fotus ad-

hibere oportet, quoniam coaluit in ipsis sanguis, difficulterq; effluit. Sed qm̃ & in fotu ipso fricatio fiat, facere quod scripsimus est melius. secare scilicet internam cubiti venam. Non enim semper ita concreuisse sanguis reperitur vt effluere non possit. Fricandæ igitur in eo tempore multis ab hominibus cunctę corporis partes, etsi mediocriter sanguis fluxerit, rursus fricandæ, superq; auferendus sanguis. Si vero non fluxerit, fricandæ quidem & fouendę donec fluxerit, vbi vero in paraplexiam desierit affectio, breui fricare expedit tẽpore & fouere. rursum fricare & fouere donec citissime hæc desierint, dum fixi adhuc non sunt spiritus, & euacuationi contumaces. 30.

Postea reficere expedit, & habita iudicationis ratione superiorem ventrem si non leuetur, purgare, inferiori vero si nõ deiecerit, clysmum iniicere. Coctum deĩde asinæ lac dabis. bibetq;

hemines duodecim nonminus, & si vir tus tolerauerit, sedecim magis.

Ab ea quæ per sanguinis missionez fit vacuatione, refici hominem robora riq́; præcipit: vt si nihil leuatus videatur, ad eam quæ per superiores partes, id est per vomitum fit purgationem agatur. Verum purgans medicamentum neq; nominatim perstrinxit, neq; ipsius fecit delectum. Nempe q̄ ad morbi magnitudinem virtutisq́; robur respicientes vel album veratruz vel ex aliis quæ vomitum cient quicq̄; exhibeamus nemo ambigit. Quæ autem de aluo inferiore dicta sunt, clara' existunt, expositorisq́; haud indiga. Neq; admirationi sit lactis copia, cum antiquis omnibus ita fuerit assuetum. Q̄d autem lac asinę propter humiditatem exhibeant, supra est dictum. atq; amplius, q̄ non spissetur epotum veluti quæ crassa sunt. At cuz eo mellis quippiam salisq́; miscere oportet. 31.

De Angina.

Synanchus, id est angina fit cũ hyeme vereq; fluxio multa & viscosa ad iugulares defluxerit venas, plurimũq; hæ propter latitudinem traxerint spiritum. Cum autem & frigida & glutinosa fuerit, spiritus obstruit ꝑmeationes. sanguinemq; coercens, quæ vicina sunt inspissat. sanguinemq; ipsum immobilem reddit, & constantem, quippe cum frigida natura sit & obstrictoria. ob id suffocantur liuente lingua, atq; in rotũdum acta, flexaq; propter eas quæ linguæ subdũtur venas. Nam præcisa quam nonnulli cionida, id est columellam vocant, vena vtrinq; crassa apparet. Cum igitur hæ oppletæ fuerint, linguæ quæ ob siccitatem & sicca & spongiosa existit innitũtur. Lingua autem vi ex venis humidũ accipit, atq; ex lata rotunda, ex bene colorata li=

uens, ex molli dura, atq; ex facile flexi li flectenti contumax efficitur. Eam ob cauſam cito iugulat niſi cito aduerſus eam pugnaueris. Sanguinem ergo ex brachijs detrahes, mox venas quæ ſub lingua ſunt ſecabis, deinde medicamentis quibuſdam attractorijs vteris, calida exhibebis gargariſmata, caput abrades, ceratumq; tum collo tum capiti circumpones. Laniſq; circũuolues, molliq; ſpongia ex aqua calida expreſſa fouebis. bibet autem aquam, & mulſam non frigidam, cremoremq; aſſumet, vbi ex iudicatione in tuto fuerit.

Siue ſynanchon dicere volueris ſiue cynanchon. vel alterum quidem horum ſynanchen, alterum ꝟo cynanchen, ſiue vtrunq; ſynanchen vocaueris, duas ſynanches ſcieueris eſſe ratiões. Nempe ad curationẽ nominbus opus nobis non eſt. Conſueuit ſiquidẽ eam

docere longe melius q̃; hi qui in nominibus falsa enuntiant. Subscribam autem tibi compendiose doctrinam ipsius peculiarem, suscæpto ita exordio. Fluxionum quæ ex capite deferũtur, quædam substantia tenues existunt, aliæ ex crassis viscosisq; humoribus cõstant. Quæ igitur tenues sunt, hæ latis penetratis venis in angustioribus detinentur. Tales autem sunt quæ guttur ambiunt. Contrarium autem in crassis contingit, ꝙ non ingrediantur vniuersas quæ strictæ admodum existunt venas, ante. s. in capacioribus detentæ. Cum igitur in faucium venis tales impacti fuerint humores, pars in tumorẽ attollitur, veluti guttur ex alijs, quanq̃; gutturis q̃; faucium strictiores multo existant venæ. Corpus autem totum vacare excrementis oꝫ & non plethoricum esse geminam ob causam. Nempe tum ob eam quæ a vacuatione est reuulsionem, tum ꝙ vacuato corpore cum a parte affecta quod influit expellimus, id facilius consentit, nihilq; si

calido aliquo euaporare volueris a corpore ipſo parti calfactæ mittetur. Corpus igitur totum vena ſecta vacuare oportet, & purgatione & clyſterib⁹. Verum adfectas partes medicamentis aſtringentibus quæ profluentes retrudant humores, atq; ex infarctis qui nō admodum infarcti ſunt, & glutinoſi & craſſi, calidiſq; acribus quæ contentos in membris paſſis digerant humores. Venæ quæ ſub lingua ſunt, eam quæ faucibus eſt phlegmonem ſine medicamentis vacuant. Sed qm̄ humorum craſſi alij, glutinoſiq;, acriorib⁹ propterea indigent medicamentis, quæ. ſ. & ſecare, & in tenuia diuidere, & tuꝫ glutinoſa tum craſſa confringere poſſint. Preterea & ad exteriorem ſuperficiem reuellere oportet circumpoſitis collo quæ attractoria polleant facultate medicamētis. Nempe colli ſuperficiarias partes q̄ꝫ imas affici eſt melius, ꝙ ſpiritus quidem cuꝫ inſpirationes fiunt, ad fauces gutturq; irruat, & cum expirationes fiunt, per ea foras deferatur. Sæ

pius vero quæ ad partes prædictas ꝓcedunt fluxiones, eæ ad partes quasdã alias exprimente natura transmutantur. atq; interdum principio ita deferuntur, vt rursum aliæ oriantur tũ faucium tum gutturis fluxionum differentiæ. Quod autem quæ ad cutem recesserunt, his quæ in profundum decubuerunt multo salubriora existant, constat omnibꝰ. Commune tamen in vtrisq; tum colli tũ capitis, a quo fluxiones fiunt, auxilium tibi sit. Sermo hic & synanchas, & causas & affectos locos & curationes docuit. Neq; si vel synanchen vel cynanchen, vel synanchon vel cynanchon appellaret, fuit sollicitus. Qui igitur librum hunc scripsit, neglectis nominibus omnes, qui tum in faucibus tum gutture existunt arctantq; respirationẽ affectus synanchos appellitans, duas hoꝝ species esse ait, alteram quidem q̃ a glutinosa frigidaq; fluxione facta sit, quã pituitosã vocare possis. Alterã ꝟo a calida acriq; quam si picrocholam biliosamq; sim-

pliciter appellaueris, nō peccabis. Priorem autem fluxionem in latiores decumbere venas ait, biliosam etiam in tenuiores peruenire ostendens. Cætera dictionis sunt manifesta. Ad ea autem quæ retuli, conuertas animū oportet. & si primam speciem non intellexeris, bis & ter lege & intelliges: ego autem ad secundam synanchi speciez transibo. 32

Aliud anginæ genus.

Cū æstate vel autūno fluxerit ex capite calida & nitrosa fluxio, quasi ab anni tēpore tū acris tum calida fuerit, atq; huiusmodi sit, mordet, vlcerat, spiritu īplet, orthopnœā parit, siccitatēq; multā, præterea quæ intuenti apparēt haudquaquā tumentia videntur.

Quo modo & quā ob causam hæc fiant? quoniaz a calidis & acribus. Priorem siquidem fluxionem quæ pituitosa est, hyeme vel vere defluere ait. In alijs anni temporibus ex proportione

vt antea est dictū. Orthopnœam autē huic superuenire anginæ generi ait, quæ insignis nota est angustiæ, partez ex his quæ respirationi subseruiunt aliquam fatigantis, vt supra est demonstratum. Quod si hos amplissime aperire os volueris, linguamq; represseris cohibuerisq;, vt quæ in faucibus sunt inspectare queas, nullum sane præter naturam tumorez vt in ante dictis inuenies. quod scriptor explanauit cum inquit, (Præterea quæ intuenti apparent) ἰσχνὰ, id est (non tumentia videntur,) Nempe q in faucium meatu inflammatum est non videtur. quod autem ex apertis videtur, id omne citra inflammationem existit, partesq; non tument. Nempe hęc vox ἰσχνὸν, tumenti præter naturaz interdum opponitur. Quam vocis huius nunc dictam significationem ignorantes nonnulli, dictionem ridicule exponunt. Alij autē excogitant cōminiscunturq; vt hi, ad hunc scribentes modū, (Præterea quæ intuenti apparent,) ἄχροα,

id eſt (decolora videntur. Cæterum ita affectis fit interdū vt & fluxionis partem recipiant faucibus vicini atq; a tergo ſiti ordinatiq; muſculi, vbi & ſtomachus, qui ſæpius & ipſe afficitur. Poſt hoc ſane in præſenti dictione ſcriptuȝ quoq; eſt quod ſequitur. 33

Tendines quoq; ceruicis poſteriores cōtēdūtur, apparēt q; tetani mō intēdi.

Quod deinceps dictum eſt, magis adhuc guttur afficio oſtendit. Nempe & vocis generationem in ea animalis abſolui parte eſt demonſtratuȝ. Quapropter inquit. 34

Voxq; ἀπέῤῥωγε id eſt abrupta eſt, & ſpiritus paruus eſt.

Nempe vox omnino ἀπέῤῥωγε. i. ἀπόλυται. i. diſpijt abrutaq; ē, paſſo vt dcm̄ ē gutture. Reſpiratio aūt pua redditur propter meatus anguſtiam. Recenſetur autem in cōmentarijs de difficultate ſpirandi q longior tempore ſit & interuallis frequens. quod ſcriptor in hunc enuntiauit modum. 35

Spiritusq́; reuulsio frequens & violenta accedit.

Spiritum & eam quæ inspirationi succedit expirationē, & eam quæ expirationi succedit inspirationem dixit. Ex vtroq; enim frequens redditur spiritus. Nam ita affectis quæ inspirationi succedit quies breue tempus habet, similiter & quę expirationi succedit añ inspirationem. Demonstrationes hoꝝ in libris de spirandi difficultate enarratæ sunt. 36

Talibus arteria vlceratur, incenditurq; pulmo, neq; externū aerem admittere intro queunt. quibus nisi ad exteriores partes malū sua sponte ꝓferatur, hi grauius ineuitabiliusq́; habebunt & propter anni tēpus, & quod a calidis acribusq́; id fit humoribus.

Arteriam quoq; vlcerari his qui ita affecti sunt dictum est & propter humoris acrimoniaʒ, sed pulmonem ardere viduatum destitutumq́; ait, do-

ctrinæ vere ſermonem coniungens cō pulanſq;. Nempe in commentario de vſu reſpirationis demonſtratū eſt animal in reſpirationis priuatione non ob ſubſtantiæ penuriam perire: ſed q̄ calor natiuus tum refrigerio tum ventilatione deſtituatur. quapropter non immerito qui immoderatior exiſtit pulmonem accendit. Hanc igitur anginæ ſpeciem tum grauiorem tum ineuitabiliorem eſſe priore ait, tū propter ante dicta, tum q̄ æſtiuū autumnaleq; ſit anni tempus, & q̄ ex acrioribus oriatur humoribus. Qua efficitur ratione vt ea quæ cū coniunctione eſt dictio, melior ſit quam ea quæ ſine coniunctione eſt. ſignificat autem ab his quę ante dicta ſunt, & propter anni tēpus in quo fit, & propter humorem a quo oritur, maioris eſſe periculi ſecundam anginæ ſpeciem. Non eſt ergo ſimpliciter ſcribendum quod tum grauior tū vitatu difficilior ſit propter anni tempus. Quod ſi & abſq; coniunctione ſcriptionem ſeruare quis voluerit, con-

iunctionem eam ita subaudire oportebit vt si in dictiōe esset. Multa siquidem atq; alia apud antiquos defectiuo modo scripta reperiuntur. 37

Si febris hominē prehenderit, vetere excremēto descēdēte, vel nuper cibatū, siue cū lateris dolore siue non, is quieti tantisper pmittendus donec cibus primum ad ventrē imum descenderit.

Dictiones quoq; huiusmodi ea quę libro de victu in acutis morbis apponuntur Hippocratis scripta non esse ostendunt. Non enim qui perfecte de pleuritide in legitima libri huius parte tractauerat, eum rursus hic pauca apponere oportebat. 38

Sumat autē in potu oxymeli. At cū grauitas ad lumbos vsq; descenderit, tū vel clysmū dare, vel medicamento purgare oportet. Atq; cū purgatus fuerit, sorbitionem primū, mox aquā mulsam, deinde cibaria, & coctos pisces mini-

ſtrare. vinũq; quod aquoſum ſit, & exiguum noctu. interdiu vero dilutã multam. Cũ vero flatus male olẽtes fuerint, balanus vel clyſmus confert: ſi nõ, bibẽtem oxymeli tantiſper cohibere oportet donec ad inferiorẽ aluũ deſcẽderit, deinde clyſmate ſubducere conuenit.

Indefinite indiſtincteq; dictum eſt, q̃q; quod hic ſcriptum eſt, definite diſtincteq; in legitima libri huius parte dictum ſit, & quæ poſt id vſquequo piſcium meminit Hippocrates. quoniam adhuc de languentibus in libro ipſe agebat, & non his qui ex morbo reualeſcunt. Cætera dictionis manifeſta ſunt.

39

At ſi liquidam aluum habenti cauſus ſuperuenerit, ſi tibi purgatio idonea videatur, eam nõ tribus primis diebus adhibebis, ſed quarto.

Quod intempeſtiue quidem hic de cauſo egerit, prædictis ſcilicet in prin-

cipio tum differentijs tum curationibus, nemo est qui ignoret. Nempe & dictiones ex mente sunt aphorismi illius, (Cocta medicari & mouere, non cruda, neq; in principio nisi tutgeant. Plurima vero non turgeāt.) Quidam aliter scribunt causos ab initio medicari volentes vt dictio talis sit,) Intra tertium diem adhibebis.) Expedit igitur non omnino a tertio medicari die: sꝫ vt aphorismus canit, (In acutis morbis raro & in principijs medicamento purgante vti.) Rem ergo secundum aphorismorum mentem definire oportet, scrutariq; cum in principijs purgatione vtendum sit, & cum morbi coctio expectanda sit. Qui autē vel in principio simpliciter dixerit, vel neutrum definierit, fallitur. 40

Cum aūt purgaueris, sorbitionibus quibusdā vtitor, obseruatis ita febrium accessionibus vt nunquā cū adsunt, neq; cum future sunt, exhibeas, sed vel cum cessant, vel quieuerūt & maxime a prī

cipio recesserunt. Frigentibus ergo pedibus, neq; potũ, neq; sorbitionem, neq; aliud quippiam huiusmodi dabis. Sed maximũ existimato si id tantisper obseruaueris donec valde ĩcaluerint. Deinde ita quod confert exhibe. Frigiditas siquidẽ pedũ, parte plurima febris accessuræ signũ existit. quo tẽpore si quid porrigas, maxime prorsus peccabis. Nempe & morbũ non parũ augebis, At vero cum febris desierit, contrario modo pedes reliquo corpore calidiores fiunt. Nempe cũ augetur, pedes refrigerat, incensaq; ex thorace ad caput flammã mittit. Calore igitur toto ad supnas partes concurrẽte atq; ad caput expirante, non absq; causa pedes frigescunt, vtpote qui natura & carne vacent, & neruis abundent, præterea & a calidissimis separati locis refrige

rantur, sese ad thoracem colligente calore. Rursum & cũ febris soluitur, & in minutas redigitur partes, calor ad pedes ex proportione descendit. Quo tpe caput & thorax refrixerunt, atq; ob id cibus dandus. Nempe cum pedes frigidi fuerint, venter de necessitate calet, fastiditq; cibum, intenditur hypochondrium, iactatur pp internã turbationem corpus, mens fixa non est, dolet æger, lancinatur vellicaturq;, vomere affectat, & si mala vomuerit, dolet. Ergo cũ calor ad pedes descenderit, curritq; vrina & si non sudet, omnia cessant. quo tempore sorbitionem dare expedit, nam alias perniciosa existit.

De particulari cibi ministrãdi tempore dictum quidem est paucis in legitima libri parte: sed æque & nunc plixius mãifestiusq; dicitur, quasi sermo præsens alterius sit explanatio seruata

Hippocratis mente, quam tum in cæteris dixit tum in eo quod febrem ex thorace accendi, atq; in caput flammā mittere ait.

41.

Quibus autem aluus per febres perpetuo liquida est, his pedes maxime cal faciens ceromatisq; contegens atq; fascijs obuoluens ita attende vt reliquo corpore frigidiores non sint. si vero pedes calent: calorificum nullum exhibe, sed ne frigescant obserua. potu autem est vtendum quam minimo. aqua frigida vel mulsa.

διὰ τέλεος idem cum διὰ παντὸς τοῦ χρόνου, semper & perpetuo significat. At cum multi existant affectus in quibus per totum malum aluuz liquidam esse contingit, fieriq; nequeat vt curationem habeant vnam: quō sæpius est demonstratum, tantum abest vt ex dictione quicq; vtiliter dicatur, vt etiam iacturaz facturus sit, qui scriptū curationis modum in affectibus mul-

tis iuuare crediderit. Nam vt cætera omittam, cum aluus liquida esse possit, tum propter ventris phlegmonem, tum propter contabefacientem colliquantemq; febrē, frigidæ potus phlegmone contrarius est: colliquantib' vero febribus conuenientissimus, eo qđ didicisti tempore exhibitus. 42.

Quibus per febres aluus liquida est & mens turbatur, horumq; multi floccos vellunt, naresq; fodiunt, & parum quidem interrogatis respōdent, sed ex se nihil quod compositū sit dicūt, talia his melancholica esse arbitror. His igitur *ita habentibus, si uenter liquidus fuerit, absumensq; & contabefaciens, sorbitiones frigidiores crassioresq; exhibendas esse puto. potusq; qui sistant, uinosioresq; uel ēt astringentiores.*

Phreneticorum sane hæc sunt symptomata. Sed venter quidem interdū cum phrenitide liquidus efficitur, non

tamē id proprie ipsi inest, quapropter liquidam aluuз distincte curare expe dit. Phrenitim vero alia seorsum perse qui sanatione. in ea aūt quam author scripsit sanatiōe nullo pacto animi in tentionem ad phrenitidem dirigit: sed curare eum magis velle arbitror affe- ctionem quandam ex ventris quidez parte aliqua prodeuntez, sed caput ita ad condolentiam trahentē, vt ex ven tris affectu desipiat. Talia autem non recte melancholica esse dictum est. Magis enim ea a flaua proficiscuntur bile, cohibita aluo. 43.

Quibus item febribus uertigines a principio, & capitis pulsus sunt, & uri na tenuis, his ad iudicatiōes usq; febris accessionem expectare oportet. quod si delirent quoq; nil mirum.

Cum caput circūagi videtur, δῖνος, id est vertigo vocatur affectio, cum au tem & tenebricosa simul fuerit visio σκοτηδῖνος, id est tenebricosa vertigo appellitatur. fit autem ob inordinataз

ſpiritus flatuoſi motionem, qui vel in capite localem habet generationem, vel ſurſum ex infernis fertur partibus. Omnes autem ſpirituum hmōi generationes turbationeȝ indicant. ob quas & cum ſymptomatis tumultuoſis iudicationes fiunt. Scire etenim oportet affectiones hmōi medium quodammodo obtinere tum earum quæ periculo vacant, tum pernicioſarum. Conatur ſiquidem caliditas natiua corporis humores tum diſſoluere, tum effundere: ſed tenuare ipſos & per inuiſibilia foramina excernere non poteſt. Cum vero pfecte languet neq; ſoluere incipit, atq; ob id ſpiritus flatuoſus non ſūme languente natiua caliditate ortum hȝ. Aegre igitur valere periculo omni vacat. Natura ſiquidem morbo ſuperior exiſtit. Verum maxime ægre valere lethale eſt. Natura.n. non paꝝ a morbo vincitur. Cum autem non vincitur, p̄dicta fiunt ſymptomata: atq; poſtea quā̆ languerit, iudicationes abſoluuntur, aliæ ad ſalutem, aliæ ad mortem.

Pulsus autem qui in capite fiunt, id est sensibiles arteriarum motiones, calidi-tatis multę symptomata existunt. Ob quas sæpenūero deliria fiunt. Ad hūc itaq; modum vniuersim habentibus q̄ dicta sunt, cum, vbi quis parum valere cœperit, ab vrinarum quidem tenuita te cruditas morbi iudicetur, caput aūt flatuoso impletum esse spiritu signifi-cent vertigines cum pulsibus, scire op3 naturam haudquaq̄; quiescere: sed in terdum ɔtentos in corpore prauos hu mores ita aggredi, vt a bonis eos sepa-ret, atq; quouis modo excernat, vel ad eam quæ minus præcipua sit reijciat partem. Prædictus igitur sermo ad an tedictorum prænotionem præsensio-nemq; maxime confert. Nempe inter-dum ab initio male febres quide3 mo deratę fiunt, sed symptomata hmōi ca put infestant pp ɔtentoꝝ in corporis ventre humorum calorem atq; exhala tionem. Sane capitis solius quouis ali ter modo habentis caliditate3, balneū iuuabit. ptisanæq; cremor pro sorbitio

ne satis erit. Verũ cum spiritus calidus flatuosusq; ob humorũ prauitatem ad caput fertur, lauare hos non confert. Tute igitur singula hæc facienda sunt. Definitio autem affectionuz vna sola est ex vrinarum cruditate & ꝯcoctiōe. quorũ author recte meminit inquiens, ¶ Vrina tenuis, quod sæpius cruditatis signum esse est ꝓnuntiatum. Quo fit vt nullus sit medicus qui in morbis huiusmodi negligẽti⁹ vrinas ꝯtẽplet. 44

Quibus principio urinę & nebulosæ & crassæ existunt, hos annuentibus cæteris purgare cōuenit. quod si urinę inter initia tenues fuerint, tales nō purgabis. at si uideatur, clysterem exhibebis. Tales autem ita curare confert.

Siue his quæ in antedicta oratione relata sunt hęc ꝯiungit, siue non, quod ex ipsis vtile quis habere cōmune pōt quod.s. corporis purgationem prorsus vitare oporteat cuz in humorib⁹ adest cruditas, id mãifestauit inquiens, (Vri-

næ tenues,) tanquam crassę coctiōis notas
hēant. Iā hoc ipm substātiā indicat, &
verbum hoc νεφελοειδέα. i. (nebulosæ,)
vrinas significat nebulas habētes. Nē-
pe nigras adiecisset, si nos eas audire
voluisset. Multa siquidem nomina cō
munia citra distinctionem dicere con-
sueuerunt, cum id quod in significan-
tijs rerum melius est, declarare volue-
rint. Sic sane cum iudicationes ad salu
tem fuerint, simpliciter dicunt, iudica-
tus est. Defuncto vero iudicato nō sim
pliciter efferunt, sed hoc totum iudica-
tus obijt. Præterea cum quis excretaȝ
bilē simpliciter dixerit pallidam & nō
nigraȝ intelligimus. Sic certe & impræ
sentiarū vrinas nebulosas audire opor
tet eas quæ albas habent nebulas. quę
coctionis notæ existunt. Quoniam
igitur cocta medicatur, ob id & nunc
ita scripsit libri huius author. (Tales
autem ita curare confert.) Nihil autē
de sanguinis missiōe loquutus, ea par
ticulatim enarrat ex ordine omnia, nō
quod interdum ita habentibus, sanguinis

missione opus non sit, sed ꝙ nunc so-
la alia docere velit. Nempe de sangui
nis missione abūde supra ē dictū. 45

Corpus quieti permittere, vngere & æqualiter contegere oportet. mulsamq; aquosam bibendā & ptisanæ cremorē vesperi sorbendū dabis. Ventrem ab initio clystere duces, sed medicamēta purgantia non admouebis. Nempe si ventrē moueris, vrina nō maturabitur, febrisq; citra tū sudorē tū iudicationem in longū protrahetur tempus.

Sermonem quoq; hunc percurrit, scopum in eo habens eam quæ cum moderata calfactione sit quietem. Cremorem autem ptisanæ ab initio elargitur: ꝙ mulsa ad vigorem vsq; & iudicationem sufficere nō possit. Morbus siquidem crudus est, & longe absunt concoctiones. Præterea mulsam quæ aquosa sit, adhibet proptetea ꝙ aquā per se & solaz nihil boni habere demōstratum sit. Vesperi autem ptisanam

mauult exhiberi q̃ mulſam. Nempe cum antea in legitima libri huius parte didicerimus ptiſanam mulſa poſterius exhibendam, melius fuit & nunc ita dicere. Mulſam quidem prius, poſteriorem vero ptiſanam exhibe. At vero cum veſperi pro poſterius dixerit, particulariorem efficit doctrinã & non vniuerſaliorem. Cur autẽ eos purgare haud velit, in quibus ſumma ineſt cruditas, cauſam recenſuit epilogiſticam magis q̃ analogiſticam: quam recenſere ad eum ſpectat, qui quod fit ſola citra logicam demonſtrationem experientia nouit. Dogmatici aũt viri erat docere quam ob cauſam purgantibus nobis ita habentes non coquatur vrina, febriſq; ſine ſudore & iudicatione perſeueret. Perfectius quidem & diligẽtius alibi hæc omnia ſumus cõtemplati: ſed impræſentiarum quod præſenti enarratione prodeſſe poſſit, ſummatim dicemus. Tu ergo animũ ad me conuerte. Cum facultates vt ſcis quatuor ſint, atq; inter eas nõ minime

valeat alteratrix, per quam diſpenſatis ab ea corporibus natura alimentum adſimilat, coctio nuncupatur nutrituræ ſubſtantiæ permutatio ſecundum qualitatem exiſtens. Natura igitur adſumpto in ventrem deuoratoq; alimẽto, a cæteris quidem motionibus ceſſare debet, vt ſoli quod coquendis cibis deputatum ſit operi vacet. ſed auxilio externo aliquo indiget, ſi aliquando imbecillior reddita fuerit, quo modo & in ea humorum quæ in venis fit concoctione contingit. Quiete quidem indiget ſequentem ante caliditatem, ꝙ calfactum, frigefactumq;, vel exiccatum & humectatum ſit, ſingulis horum alio & alio tempore factis. ob id igitur qui hæc ſcripſit, hominem curari voluit quieti ꝑmiſſũ, vnctũ & æqualiter veſtimentis obuolutum. Nempe aduerſus vim febris humiditatem eam quæ vnctionibus comparatur, remedium eſſe putauit. præterea & neq; valenter calfacere neq; refrigerare, ſed lenire mulcereq;. quibus maxime indi-

gent quæ coquuntur maturanturq;. Quod si hæc coctioni humorum conferant, purgationes contrariæ existūt. Nempe corpus vehementer mouētes frangunt. Tali siquidem virtute prædita sunt omnia quæ purgant medicamenta. hæc est ergo causa cur purgationes coctionibus aduersentur. Ad eam autem quæ sermoni huic continuatur seriem pergamus. 46

Cum iudicatio prope fuerit, sorbitionem ne dederis, si perturbetur, sed cum perturbatio desierit, atq; in melius profectum sit. Obseruandæ aūt febriū omnium iudicationes, sorbitionesq́; hoc auferendæ tempore.

Mentem Hippocratis hoc in loco seruat qui librum hunc scripsit. In principio quidem mulsam & ptisanæ cremorem exhibens, & cum prope est iudicatio cremorem tollens. 47

Consueuerūt febres hę protrahi & abscessus habere, si aurium quidem cer

uiciʃq; infernæ partes frigidæ fuerint. quod ʃi frigidæ non fuerint, profecto mutationes habent, Nempe fluit e naribus ʃanguis & ventres hi turbantur.

Quibus vrina ob humorum cruditatem tenuis eʃt, his iure optimo protrahuntur febres. quæ ante coctionem ʃolui nequeunt. Quod autem tales p abʃceʃʃus iudicentur, ʃæpius iam eʃt dictum. Rarius autem & per excretionē ʃolutiones horum fiunt. Vtrum autem in ʃuperiore corporis parte vel inferiore abʃceʃʃus generabitur, quæ hic dicūtur, his quę in prognoʃtico ʃcripta ʃunt, concordant conʃentiuntq́. 48

Quibus febres graues & implacidæ ʃunt, & hypochondria contendunt, iacenteʃq́; ægri ʃeʃe continere non poʃʃunt, atq; extrema frigeʃcunt, abʃolutiʃʃima tum diligentia tum cuʃtodia indigent. eoʃq; ita degere oportet vt nihil præter oxymeli aquoʃum tangant. ʃor

bitionem autem non dabis donec sese malum remiserit, & vrinæ maturētur.

ἀσώδεις febres appellat in quibus ægri ἀσσῶνται, id est grauiter afficiuntur, atq; implacide molesteq; habent. Difficilis autem tolerantia atq; implaciditas inquietatioq; sequitur interdum febrem immobilem & æstuosam, sæpius quoq; & stomachi malitiam. Os autem ventriculi ita me dicentē audi. Incœpit ergo a febribus ipsis ἀσώδεις, id est graues & implacidas inquiens, & hypochondria contendentes. Deinde ad febrientes pertransijt. Nam ꝙ iacentes sese continere nō possint, de febriētibus est dictum. veluti & ꝙ extrema refrigerantur. Iacentes autem sese non continere grauiter languentium, atq; difficulter ferentium, implacidorumq; & inquietorum nota est. Extrema autem frigere magnæ viscerū phlegmones, quæ ex crassis succis orta sit, vt antea demonstrauimus, cum de secunda causi specie ageremus. Quod si vehe

mens frigus fuerit, ꝙ virtus valde imbecilla sit, iam tibi coniectura est. Nõ immerito igitur ita languentes plurima, tum custodia, tum diligentia indigere ait. Porrigunt autem & ipsis non absq; causa oxymeli, vtpote crassos glutinososq; propter humores fatigatis. Adiecit autem sermoni aquosum tanquam contrarium illi, quod his exhiberi solet, in quorum pulmonibus tales continentur humores. Nam acrius longe in illis esse conuenit, ꝙ propter longam in distributione ad affectam partem delationem de necessitate soluatur virtus. his vero tale hypochondrio incursat quale epotum est. Nullo autem pacto sorbitionem ita habentibus dare prius q̃ morbus ad maturitatem deductus fuerit, indistinctæ est pronũciatum. seruantibus nobis quod edocuit Hippocrates. Adijciendũ sermoni si æger sufficerit. quod vt patet forte prætermisit. 49

Iacere autẽ in conclaui obscuro debent, & lecto valde molli, diuq; positũ

cum

eū ſuſtinere, & q̄mnime ſeſe proijcere & iactare. Nēpe id tales maxīe iuuat.

Nunc decubitum obſcura in domo non tanq̄ maturatorium auxiliū, ſed tanq̄ difficilis tolerantiæ inquietationiſq; quæ ob ἄσην, id eſt moleſtiā angoremq; fit correctorium voluit, Gratia cuius & lecti mollis meminit. Tentare aūt ſeīpm nō ꝓijcere ſed conquieſcere, laborati modo vtroq; cōmodat. tanq̄ & morbi totius concoctionem iuuans, & virtutē ipſam ꝯſeruans. 50

Hipochondriū aūt lini ſemine illines, cauebiſq; ne cū apponitur, frigeſcat. ſit āt tepidū ex aqua et oleo coctū.

Mollit lini ſemen, idq; hꝫ vt nō manifeſte calfaciat. quæ maxime expoſtulat phlegmōe omnis. Er ſane tactu tale ipm oſtendit. quale & ſm virtutē eſt, perq̄ tepidum ipſum adhibere pcipiens. Cæterum aquæ & olei mixtura tepidam generat caliditatē, mollitq; & mitigat: vtpote moderatam habens facultatem. Cuius potiſſimum eſſe de-

bent vt demonstrauimus quæ & maturant & per halitum digerunt. 51.

Coniectura aũt colligere oportet ex vrinis quidnã futurũ sit. Nempe crassiores pallidioresq; meliores. tenuiores vero & nigriores pernitiosæ magis.

Non quicqd futurũ ex vrinis docet: sed vel salutem vel morté. Salutem indicant crassiores & pallidiores. Crassiores aũt dixit tenuibus & nõ naturalib⁹ cõparans, vt & paulo ante intelligere voluit. Neq;.n. crassas neq; tenues quę sm nãm habent dixeris, si recte volueris interptari. Porro tenues & nigræ, deterrimæ sunt, A tenuibus siquidem solis, morbi cruditas indicatur. Nam qđ exacte tenue est, id aquosum est, quapp & albũ. Sed pnotiones ex vrinis, in cõmentarijs pgnostici dictæ sunt. 52.

Si aũt mutationes hñt, tempus indicant, morbusq; de necessitate mõ ad peius, mõ ad melius pmutat ĩæqualitaté.

Nempe si id & in laborantib⁹ obser

uaueris vere hoīem ex vrinaꝝ varieta te in longius decidere tp̄s reperies, atq; medias incurrere permutationes. Plures nāq; significant affectiōes q̄ nō eadem egent curatione, neq; æqualē habent solutionis præfinitionem. 53.

Inconstantes febres donec constent sinere oportet, vbi aūt constiterunt, victu & curatione conueniēti pugnabis, quod naturale est contemplatus.

Febres inconstantes dixit in quib⁹ nihil καθεστικός, id est ɔstans quietūq; existit. quod significat τὸ βέβαιον, id est certum compertumq;. Sunt aūt certa quæ in periodis & vrinis apparent. Sed piodi principiū non oñdunt primis dieb⁹: vrinæ vero supueniunt al's aliæ, & sæpenumero ter quaterq; inter diu & noctu meiere cōtingit. Dissimilesq; inter se apparent vrinæ. Formam ergo talis febris inconstantem esse ait. quod idem est perinde atq; diceres nō exacte formam vnam seruantem. Exposui tibi exactas febrium formas &

in cōmentarijs de febrium differētis & in secundo iudicationū libro. In hmōi itaq; febrib⁹ nō in pricipio victu vti p̄cipi: sz sinere donec q̄lisnā sit febris cognoscam⁹, & tūc vict⁹ forā z p̄finire. 54

Sunt aūt facies ægrotantiū multæ.

ὄψιας, id est facies dixit, quasi differentias vel modos vel species. Aegrotantiū vero, pro his qui ægrotantibus fiunt morbis. Nempe sępius est demōstratū eam esse antiquis oībus ɔsuetudinem vt a pathematis ad patientes, & a patientib⁹ ad pathemata transferant appellationes. quasi febriū vel febrientium differētias dicere nihil referat. Sic & Pleuriticoꝝ vel angina laborantiū, aut pleuritidis vel anginæ. Facies ergo dixit laborantium, qm̄ eos oculis contemplantes repimus differentias. 55.

Quo fit vt animaduertere debeat medicus ne quampiam manifestarum causarum ignoret.

Qd̄ manifestas cās græce προφάσεις appellet, didicimus. & sane nūc eā de

his, appellõnẽ ferr̃ ꝯstat. Infert igit. 56

Neq; eas quæ ad ratiocinationem spectant, neq; quæ in numerum parem vel imparem apparere oportet.

Quasi causaꝝ alias quidem manifestas absq; ratione artificiosa cognoscant oẽs, alias vero soli q ratione artificiosa vtuntur. His quoq; & attendendum ait quas in numerum parem vel imparem apparere oportet. 57.

Maxime vero numerus impar est obseruandus. Nẽpe hi dies in hanc vel illam declinantes partem reddunt.

Dies impares multa pollere virtute non simplr̃, sed in acutis morbis est intelligendũ, ꝙ insignes in vtranq; tum salutẽ tum mortẽ mutationes efficiãt. id. n. significat vocabulũ quod græce ἑτερορρόπεας, id est huc & illuc declinãtes dixit. In acutis qdẽ hi sunt, tertius, qntus, septim⁹, nonus, vndecim⁹, decimus quartus, & decimus septimus. In lõgis, sexagesim⁹, & octogesimus. Me

dij hoꝝ sūt vigesim⁹, trigesimus q̄rtus, & q̈dragesimus. Impares āt & hi. 98.

Obseruare aūt oportet primū diem quo æger parum valere cœpit, principiumq; vnde & q̄n inspicere. existimatur siquidē id scitum præcipuum. Cū aūt ægrum interrogaueris, atq; omnia fueris ꝑscrutatus, in primis quidē quonā habet caput modo, si dolore careat, nihilq; graue in se habeat, deinde si hypochondria latusq; dolore infestentur, si videlicet hypochondriū laboret, vel attollatur, vel obliquitatē habeat vel satietatē, aut latus doleat, simulq; cū dolore tussicula fuerit, vel tormina dolorue ventris: cum inq̄ hoꝝ quippiam hypochondrio aderit, potissimū ventrē clysmis soluere oportet. bibat aūt mulsam calidam coctamq;. Adhæc perdiscendum si cū exurgit, defectu animæ corri

piatur, & si facile spiret. Inspiciendũ quoq; vtrũne deiectio nigra admodum colore fuerit, vel syncera qualis sanorũ existit. & si febris exacerbet die. Nempe in hmõi morbis, tertianæ considerãdæ sunt exacerbationes. conspicienda præterea & alia, & si quarta dies tertiæ quippiam simile attulerit. Nã tunc æger in periculo est. Quantum autem ad signa attinet, nigra deiectio mortẽ indicat. Quæ vero sanæ similis, cum omni die apparuerit, salutem.

Obseruandã in primis ait primã eẽ diem, in qua morbi cãm cognosci iubet. Nempe hęc oratio ἐξ ὅτου καὶ ὅτε, id est vnde & qñ quisnã sit morbus indicat. Interrogari aũt pcipit in primis qdem quonã mõ hʒ caput. mox hypochondria, deinde latus. hypochondria qdẽ si dolor quispiam afficiat, vel attollant, vel quandaʒ hñt σκολιότητα, id est ἀνωμαλίαν, id est obliquitatẽ si-

ue inæqualitaté. qđ in ꝓgnoſtico hac dictũ eſt oratione. Si inæqualr affecta ſũt dextra ac ſiniſtra parte, vel ſi κο'ρον hñt inquit. quod ciboꝝ repletioné eſſe arbitror. Interrogari quoq; & alia quæ in dictione hñtur iubet. Deinde hypochondrijs ita affectis ſoluere aluũ clyſteribus præcipit. mulſamq; bibere calidam & coctã Sed indiſtincte hęc locutus deiceps ſcribit. (Ad hæc ꝑdiſcendũ & cum exurgit, defectu animi corripiatur, & ſi, inquit, facile ſpiret,) quod defectu animi correpto opponitur. Conſpiciendam præterea iubet deiectionem vtrũne nigra ſit, vel ſyncera & inculpata. qualis in ſanis eſſe videtur, veluti & ſi febris tertio exacerbet die. Et ſi his ita habentibus quarta dies tertiæ quippiam ſimile in acceſſione attulerit. periculoſam eam eſſe aſſeuerans. Nempe quartam diem quæ ſeptimæ index eſt, rem nouam edere ex grauibus eſt notis. Rei autem nouæ editio deſignatioq; patet omnibus. Nam ſi prima die & tertia fiat, & ſecũda facta

haudquaquam fuerit, ꝙ quinta accessionem habitura sit par est, & nō quarta. quapropter si quarta habuerit, mali cuiuspiam alterius generationem demonstrat. Si autem & nigra deiecerit, mortem indicat fore. Tu autem multa ex dictis prætermittens memoriam rei huius habe. Nam si prima & tertia die proportionalem attulerit accessionem febris, atq; nouiter quidem quarta paroxismum fecerit, sed æger nigra deiecerit, signum est lethiferum. Quod si diebus omnibus sanis similia deiecerit: salutem ægro spera. 59

Cum autem venter glandi non obedierit, spirituſq́ꝫ tum placidus, tū quietus fuerit, surgenſq́ꝫ æger in sedem, uel dum in lecto est animæ defectu corripiatur, si hæc uel mari uel fœminæ inter initia fuerint, deliriū fore expecta.

Confusa est dictionis huius intelligentia. Nempe vbi glans nihil profecerit, videturq; æger placidus quietusq;

esse, si vtiq; & cuꝫ exurgit defectu ani-
mæ corripitur, delirium expectandũ,
perperam dictum esse mihi videtur cũ
rei huic neq; experientia neq; ratio pa
trocinentur. quamquam tale quippiã
aliquando fiat. Prænotiones tamen
non eorum sunt quæ raro accidunt, sꝫ
eorum q̃ semꝑ vel magna ex ꝑte. 60

*Manus quoq; contemplari oportet.
Nam si tremulæ fuerint, huic sanguis e
naribus profluet.*

Sermo quoq; hic neq; qđ continuũ
est, neq; quod magna ex parte fit, sed
quod raro accidit docet. 61

*Nares quoq; inspiciendæ. Nam si
per utrãq; spiritus æqualiter trahatur,
& si multus ex ipsis feratur, conuulsio
fieri consueuit, quæ si fiat, propinqua
mors est. quã prędicere pulchrũ fuerit.*

Cum tremunt manus, nempe ita di
cere expedit, si spiritus multus ꝑ vtrãq;
narem feratur, conuulsionem superue
nire ait. Consueuit autem ita appella-

e conuulsificam affectionem, quæ in musculis naris. pinas mouētibꝰ fit. 62

Si in febre hyemali lingua aspera redditur, prehendātq; animæ defectiones, huic tāetsi febris remitti consueuit, in eo tamen qui per famem fit cruciatu, conseruare ęgrum oportet, & aquę, mulsæq; potione & ptisanæ cremore. neq; febris quieti est fidendum. Nempe qui signa huiusmodi habent, his mortis periculum impendet. Ergo cum hęc noueris, optimeq; contemplatus fueris, ita prædicere pulchrum fuerit.

Sunt qui febrem hyemalem simpliciter intelligant eam quæ in hyęme fit, alij eam quæ hyemi peculiaris sit. Ea aūt ex pituita est, veluti æstiua ex ipsa bile. *Si* ergo inquit in huiusmodi febre lingua aspera fuerit, atq; animæ defectus, eam periculosam esse est fatēdū. atq; ob eā rē febriū quieti fidendū nō est, si cū prauis fiant tum symptoma-

tis tũ signis, veluti in præsentiarũ cum animæ defectu & linguæ aspitate. Nõ negligenter itaq; ait regendos ægros, aquãq; & mulsam & ptisanæ cremorẽ exhibendũ. Sed sane hęc pugnare videntur aduersus id q̄ fame cruciãdos dixerit. Nam huiusmodi cruciatus qui græcæ λιμοκτονία dicit, maxime qdez abstinentiã omnimodã significat: aut si non, saltẽ eã quæ in potibus solis fit victus rationem. Sic sane & mulsam & ptisanæ cremorẽ dare pmisit. Videtur ergo eos ob id fame cruciãdos, q̄ qui remissiones huiusmodi qetissimas hñt longo ita tẽpore in his morentur, protrahantq; vt falsi circũuentiq; nonnulli validiorẽ ministrauerint alimoniaz, & potissimũ ob animę defectionẽ. Quo fit vt ad victũ hũc is qui p mulsaz atq; ptisanæ cremorẽ multis fit dieb⁹, recte dict⁹ sit ex fame cruciat⁹, vel iedia. 63

Cum autem in febribus quinta die terrificum quippiam fuerit, uel uenter repẽte liquida deiecerit, & animę de-

fectus prehenderit, uel uocis priuatio, uel conuellatur æger, uel singultiat, ex his angi grauiter q; affici consueuit. sudoresq; circa tum mustacem, tum faciē, tum ceruicem ab occipitio esse consueuerunt. Qui autem hæc patiuntur spirituosi paulopost morientur.

Ex his q̃ p obseruationē empirice a medicis scripta sunt, quædā talia existunt.i.ex semel aut bis cōspectis modi vniuersalis adnotationē hn̄t, tanq̃; sæpenumero in eisdē & similiter considerari possint. Tale aūt quippiam &.i. quod nunc dicitur. Nempe contēplatus ægrū quendā liquida quædā deiecisse, atq; animæ defectu præhensum, voceq; priuatū, aluū vero conuulsum, & postea vel ambos vel alterū ασώδη id est fastidijs plenū grauiterq; affectū, partesq;, tuz faciei, tum colli sudantes, deinde obijsse, hæc scripsit q signoruz empiricorū concursum existimaret. Sz sane hæc possunt & stomachicā pgre-

di syncopen. fieriq; valent & ꝓpter copiam oppressa virtute, vel ea ipsa alio languente mō. Vnūquodq; siquidem eorū quæ dicta sunt, per se malum est. saltē nequaquā conuenientia omnia. Nēpe ex repentinis deiectionibus deficere animā periculosum est, veluti & voce priuari, & fastidijs angoreq; plenum esse. partibus vero tū faciei, tū capitis dūtaxat sudare non bonū. Quo igitur modo hæc tū multa, tum mala existunt, sic & alia quę in prognostico scripta sunt. Potestq; quispiā hæc inter se cōnectens videri nouū quippiā docere, ꝙ si & dictionē obscuram ambiguāq; veluti ænigma sermoni miscuerit, iam plebeijs & ex ea sapientior esse videbitur. Admirant̄ siquidē plebeij quæ non intelligunt. Viro aūt qui superuenientia symptomata ab eorum quæ morbū indicant concursu distinguere nouit, sermo is varius quidē deprehendetur, sed inutilis. Nēpe pathognomonica syndrome, ita enim Gręci symptomatū ægritudinē indicantium

concurſum vocant,morbi ſpeciem demonſtrat. Superueniẽtia vero ſymptomata manſuetudinem ipſius & malitiam. eumq; qui ſingulorũ horũ ſymptomatũ vires didicit, quæ apparent, tum æſtimare,tum inter ſe comparare oportet. Et ſi quidẽ tum fortiora,tum plura videntur q̃; bona mala,hominẽ in piculo eſſe eſt ſciẽdũ. Verũ ſi bona malis & fortiora & plura fuerit,de ęgro bene ſperandũ. Quod te facere iubet & ipſe Hippocrates. Nẽpe in prognoſtico ſingulorũ,tum ſymptomatũ tum ſignorũ vires particulatim docuit, atq; circa libri finẽ ita ait,(Oportet aũt eũ qui recte ſit,tum conualituros,tũ morituros prædicturus,præterea & in quibus ægritudo pluribus diebus, & in q bus,paucioribus permanſura ſit,ſigna omnia per diſcere,atq; æſtimatis eorũ inter ſe viribus, vt ſcriptũ eſt, ferre ſententiam.) *Signorũ* aũt vires æſtimari præcipit.atq; ex ipſis prænoſcere quidnam fututuꝫ ſit. Vbi ergo bona mali: permixta fuerint,viribus quodam mõ

paria æquaq́;, exercitato est opus viro qui in operibus ea sæpenumero fuerit contéplatus. Vbi vero omnia vel mala vt nunc fuerint, vel bona, cuiuis pateret quod futurum sit. Cum .n. deiiciéte aluo deficere animã signũ per se malum sit, pari modo & malũ vocis priuatio. si præterea æger neruorũ distentione conflictetur, vel singultiat vel fastidiis refertus sit, manifestius indicabit periculũ. Si p̃ter hæc & aliud quodpiá malũ supuenerit signũ, vt circa faciẽ ceruicemq́; sudores atq; adhuc q̃ nunc a scriptore huius libri dicunt. nullo qđ bonum sit malis pmixto signo, q̄ talis de necessitate ex signo℞ malo℞ aceruatione morieť, notũ euadit. Adiectũ át in fine dictionis πνευματωθέντες, id est spirituosi facti, tãq; ænigma, ceu quippiam eo℞ quæ de necessitate fore nõ reclamãt, qcqd significet, siue spirituũ copiam qbus venter inflari possit, siue magnã & frequentẽ respirationẽ. quã sane his quas comitatur affectionibus haudquaq̃; bonam esse didicimus ve

luti

luti & eam q̃ ventris eſt. Quapp veſti
ganda alia ſigna nō ſunt. his ō neceſſi
tate antegredientib⁹. Nondū. n. ex his
veluti ex nonnullis q̃ caſu eueniunt,
futuroꝝ ſecura q̃dam fit ꝑnotio. 63.

*Quibus ꝑ febres crura tuberculis af
ficiuntur, eaq; tractu tpis manente etiā
num febre non maturuerint, faucibuſq;
haudquaq̃ tumentibus irrepſerit ſuffo-
catio, nō maturuerint inq̃ ſed extincta
ſint, ijs ſanguis e naribus fluere cōſue-
uit. qui ſi multus fluxerit, morbi ſolutio
nem portendit, ſi nō multus, morbi pro
lixitatem. quare quo minus fluxerit, eo
deterius & prolixius erit malū. quod
ſi & alia facilia fuerint, pedū dolores
ſunt expectādi. qui ſi pedē affecerint,
& doloroſus ꝑſeueret, inflāmeturq; &
non leuetur, dolores poſt paulo ad cer
uicem ꝑuenient, clauiculāq; & pectus,
& articulū. Nempe & hic tuberculo-*

sus fieri debet. Quibus extinctis, si manus vel contrahantur, vel tremulæ fiãt, talẽ neruorꝝ distentio prehẽdit, & desipientia. supcilijs oriuntur q́; φλυζάκια vocant, ruboresq́; ægrꝝ hñt, & ex palpebris altera ad alterã germinat. dura prehendit phlegmone, tumet vehemẽter oculus, & deliriũ valde crescit, intenditurq́. atq́; noctu magis q̃ interdiu indicatur, Signorꝝ aũt multa fiũt in numero impari magis q̃ pari. Vtro tñ horum fiant, pernitiosi superueniunt.

Qui librum hunc ꝯfecit, is hæc oĩa quæ dicta sunt, deinceps inter se ꝯtemplatus vniuersalem quendam particulari ex obseruatione sermonez temere fecisse mihi vr̃. Melius siquidez erat, si quo Hippocrates modo in epidemijs morbis scribere ꝯsueuit, is ita fecisset. p̃fatus quidẽ ab initio patientis nomẽ, deinde dies in qbus singula facta sint, narratione assecutus, vt & in ipsis quæ

nūc dicta sunt symptomatis facere potuit. Nempe in cuiuspiam crurib⁹ orta sint tubercula, eaq́; non recipiant maturitatē, febriat quoq; is, & suffocationem incurrens ab his liber sit tuberculis. existimabit, pfecto quis sursuȝ factā humoꝝ qui crus infestabant transmutationem, q̄ in hoꝝ transitu suffocationem hoī peperit. Si ergo talis euasurus est, pfluere per nares sanguis poterit. qui si multus fuerit, morbum soluit: si non, ptrahetur ægritudo. Et si reliqua bene fiant, succedantq́;, rursum ad pedes decumbere huic dolor poterit. Q̄ď ita factum esse statuatur, veluti ex his hoīem πυριφλεγῆ factuȝ esse, qď caliditatē multa circa pedeȝ māifestare ꝯsueuit, vel febrē multaȝ igneāq; & flagrantem. Et si post hæc non soluta fuerint symptomata, reuersa iterum ad supiores ptes humoꝝ copia dolores pariet in collo, clauicula, humero & pectore. Vt āt huic oīa hæc absq; ratione ꝯtigerūt, nempe id extincta esse fuit, ita manus tremulas factas esse statuatur. de-

inde neruoꝝ distensionez ꝙ ad neruosas ptes decūbuerit hūoꝝ copia, pricipiumq́; ipsoꝝ ꝑhenderit, vñ isania, sub sequutam esse. Contemplatus igit̃ au thor quendaȝ ex his qui ita affecti sūt. φλυκταίνας in supcilijs hñtem (nempe id significant φλυζάκια) oĩbus ita hñti bus futuꝝ symptoma hoc temere ꝓnū tiauit. Idemq́; de his quę ꝯtinuata serie scripta sunt, sermo existit. Nempe qđ vni ita affectoꝝ vel duobus factuȝ est, id ad omnes extendens, ait & ipsos rubores hr̃e, & ex palpebris alteram ad alteram germinare, duram q̊ȝ fieri phlegmonem, & vehemẽter tumere oculos. Quoꝝ cætera quidem cuiuis patent, sed ex palpebris alteram ad alterã ger minare est ambiguū, vtrūne significare voluerit, quandam ex parte earum exurgentem ꝯsertionem vel carnosaȝ quandam gñationem, ab altera qdeȝ enascentem. sed ad alteram sese extendentem. At vero si rei hui⁹ quo pacto inuentio quippiaȝ vtilitatis afferret, de ea amplior fusiorq́; foret scrutatio. 64

Hos ſi ab initio purgare volueris id ante diem quintū facito, vbi vēter mur murauerit, ſi non, a medicamentis abſti neto. Verū ſi murmurauerit, fuerintq́ excrementa biliosa, ſcāmonia mediocri ter purgato. q̄tū vero ad aliā ꝑtinet ſa nationem, quā minime exhibebis tū po tus tū ſorbitiones vt melius æger hēat, niſi decimamquartum fuerit egreſſus.

Sanationem prædictæ cōcurſionis ſcribit, quam noīatim pſtringere mihi vt dixi non plꝫ, cum ēt & ſanatio nihil cōe habeat præter ea quæ ſæpius ante ſunt enarrata. Ait ſiquidem ꝯſiderandam aluum, quam p murmurationes cognitam, purgandam eſſe præcipit. & ſi biliosa deorſum repant, ſcammoniā biliosa expurgantem exhibet. Quod vero ad reliquum ſanationis attinet, ſorbitiones perq̄; exiguas miniſtrari ꝑ cipit, quouſq; decimumquartum pertranſierint diem, qua oratione morbū ante decimumquartum diem coqui

non posse significatur. 65.

Cum febricitanti decimoquarto die vox intercepta fuerit, tm̄ ab est vt morbus celeriter tū solui, tū discedere consueuerit, vt etiā diuturnitas ipsi indicetur. Cū ergo in eo die apparuerit vocis intercæptio, morbus protrahitur.

Dictio hæc his superfluit qui mala symptomata maiori prędita esse facultate didicerunt, cum in dieb⁹ iudicatorijs apparent. Nempe qui librum hūc scripsit, nunc in re vna quæ decimoq̄rto diei est ꝑticularis hoc ē vsus vniuersali. Nempe vt diebus cæteris iudicatorijs, sic & decimaquarta si maluꝫ aliqđ symptoma apparuerit, id maiorem hꝫ efficaciam. Adnotare āt opꝫ quod futurum est, neq; simplr̄, neq; vt res tulerit, sed cum definitione. Nam si ex signis bonis q̄ maiorem hn̄t efficaciam laboranti adfuerint, longiori tp̄e saluari æger poterit. At si nullum tale fuerit morietur, nequeunte morbi ꝯcoctioni

ſatisfacere virtute. Qui igitur hæc ſcri-
pſit, ꝓlixiorem omnino fore morbum
male ꝓnuntiauit. Nempe & is cito mo
ri poteſt cui vox decimoquarto die in
terrupta eſt, ſi cum ſæuis alijs notis fa-
ctum fuerit hoc ſymptoma. 66.

Cum febrientis lingua quarto die turbata quædam loquitur, venterq́ liquida bilioſa deijcit, talis delirare conſueuit. Sed obſeruare oportet quod euenientibus ſuccedit.

Id quoq; & in alio quodam die apparet, verum ſi quarto apparuerit, in primis periculoſiorem ſeptimũ fore demonſtrat. i. q̄ illo die futura ſunt. 67.

In acutis morbis quæ æſtate & autumno fit repentina ſanguinis deſtillatio, robur, multāq́ in venis inſtāmatione ſignificat. Itemq́ quod poſtero die vrina tenuis apparebit. Et ſi æger ætate floruerit, fueritq́ corpore ob exercitutiones bñ carnoſo vel melãcholico, vel

ex potatiõe manus tremulę fuerint, delirium vel cõuulsionẽ prędicere bene est.

Dictio quoq; hęc symptomatũ multorum quę non in ægro oĩ coeunt ꝯueniuntq́;, implicationẽ ꝑmixtionemq́; hꝫ. quo fit vt & inutilia sint, quæ ad hunc scribuntur modum, cum doctrina ab vlib⁹ recipiat cõmoditatem, quo Hippocrates modo facere ꝯsueuit. Dictuꝫ aũt est vniuersalium quædam perpetuam quandã habere virtutẽ vsumq́;, alia vero vt plurimum. Q đ si anceps quippiam vel rarum fuerit, id ad doctrinam inutile censetur. Quæ igitur recensuit, particulatim ꝯtemplemur. atq; ante oĩa quod primo est dictum, (In acutis morbis, q̃ æstate & autũno fit repẽtina sanguinis distillatio, robur, & multam in venis inflammationẽ indicat). Melius siquidem erat ꝙ robur venas curatione egere indicaret, ꝓnũtiare. Nouimus.n.ꝙ sanguinis e naribus stillationes malum semper quippiam esse ait, ꝓpterea ꝙ nã quideꝫ con

cupiat qđ superfluum ē excernere,sed ob propriam imbecillitatē neq̄at, vel sanguinis crassitiē, vel ptiuз densitatē, vel q̄dā ex his,vel pp oīum ɔcursum. Cum aūt malū semp hoc signum sit, magisq; qđ p̄mis tum ęstatis, tū autū-ni tpibus virtutem ipsius intendi ɔtin git,(nempe in eis diebus flaua redun-dat bilis,ambiensq; nos aer calidus est quo fit vt sanguinem vtranq; ob cām, bñ fluentē esse oporteat) magnitudo q̄dam causę indicat pp quā fluere in-hibet,quā robur esse ait,forte densita-tem ita appellās. Qđ porro ita affecti venaꝝ curatione egeant,nondū osten dit,p̄us q̄; astruat quānam dicat cura-tionem,nec tñ dixit.Prædictionem p̄-terea p̄mam dixit,qđ.s.postero die vri na tenuis apparebit, nō solo eo die de necessitate crudis apparentibus, veruз quoq; & alijs p̄cedētibus.Conuulsio-nem quoq; & desipientiam fore ait,si laborās ętate floruerit. Pręterea & exer citati,& bonę ipsius carnositatis memi nit,& tpamenti.Nēpe melancholicus,

nomen est tpamenti. huc adde qđ ex potatione eũ manus hr̃e tremulas ait. hæc ſane ſymptomata pñt ĩter ſe cõplicari pmiſceriq;, non tñ de neceſſitate, quibus magna ex parte ſuccedent deſipientia & conuulſio. 68

Et ſi paribus quidẽ diebus ſupuenerint, melius: in iudicatione aũt pniciosum, niſi multus abũde effuſus ſanguis viã redũdãtię fecerit, vel p nares, vel p ſedẽ, vel p abſceſſus, vel cõmutationes, vel ad hypochondriorũ dolores, vel ad teſtes, vel ad crura. Coctis autem his, uiæ patent ſputis, urinæque excernuntur craſſæ, læues & albæ.

Gemina ẽ ſcriptio ĩ hoc ṽbo ἐπιγίνεσθαι, id eſt ſupuenire, vna qdem ſcripta p τ elemẽtũ tertia ſyllaba, altera p γ. Verũ ſiue p priorem ſcriptionez ęgros diebus paribus ἐπιτείνεσθαι, id eſt intẽdi dixerit, ſiue ſm poſteriorẽ pdicta ſymptomata dieb⁹ pibus ἐπιγίνεσθαι, id ẽ ſupuenire aſſirmauerit, nõ ↄtinuo

existit & melius q̃;q̃; id dixit. Neq;.n.si pares fuerint, intueri op3, sed si & iudicatorij. Nempe quartam q̄ par est, & ipse ex ordine paulo añ maximã hr̃e facultaté asseruit. Cæteꝝ q̃ð deinceps dr̃, veꝝ existit. Nam si sanguis mult⁹, quouis mõ id fiat, excretus fuerit: salutis spem h3. Præterea & per abscessum ipsos, & ꝑ cõmutationé seruari ait: abscessum q̄dem fere sua peculiari appellatione declarans. Sed cõmutationem cũ ait ad hypochondrioꝝ dolores vel ad testes vel ad crura. Differunt aũt inter se q̄ ἀπόστασις, id est abscessus iudicationem infert, ægrũq; a molestijs oĩbus liberat. μετάστασις aũt. i. cõmutatio aliaꝝ h3 ṗncipiũ accessionũ offensionumq;, vt & aliud exigat tp̃s ad coctionem mali corporis locus, ad que3 infestantium humoꝝ facta sit cõmutatio. Eam ob cãm adiecit, (Coctis autẽ his ꝑmeationes fiunt sputis, vel crassis vrinis læuibus & albis.) signa coctę cõmutationis edocens ex coctis, tũ sputis, tum vrinis.

Febri ſingultuoſæ laſerpicii ſuccū, oxymeli, daucū tritū propina, galbanū que ex melle & cyminū in eclegmate, ſorbendūq; ptiſanæ cremorē dato. Talis autē euadere nō poteſt, niſi ſudores ſupuenerint iudicatorii, & ſomni ęquales, urinæq; exierint craſſæ & acres, aut in abſceſſum confirmetur morbus.

λύγγας & λύγγυς, id eſt ſingultus appellare ꝯſueuerunt. Sunt aūt motiones q̄dam ſtomachi cōuulſificæ. quas quidem fieri aiunt pp imoderataȝ, vel inanitionem, vel repletionem. Quæ ſi propter inanitionem fiant, fere ſanationeȝ non recipiunt: ſi v̄o ob repletionē fuerint, ab his q̄ infarcta ſecant abſterguntq; ſananť medicamentis. Quo e numero ſunt q̄ hoc in loco ſcripta ſūt. Videť autē & nunc morſus is fieri pp acrimoniam ſtomachū mordenteȝ, vt cum qſpiam pipis plus vel ſimile qppiam deuorauerit. Et ſane fuerunt ex febrientibus q in ſingultu rodētē acer

rimúq; vomuerunt humorem, a quo tandez symptomate sunt liberati. vers febris huiusmodi nequaq̃; singultuosa appellat. Nempe vt singultuosa vocitetur, pmanere amplius oz singultus, vel etiā p totū morbuz simul cū febre exacerbare. febrē hāc p sudores iudicatorios somnosq; eq̃les, vacuatasq; vrias, tū crassas, tū acres sanari ait. Talib⁹ qdē vl' excretis, vel i abscessū ɔfirmatis. 70

Coccalus, id est nux pinea & myrrha in eclegmate exhibeantur, bibantq; oxymelitis perquam exiguum.

Scriptum quoq; & iordinate hoc ē. Cōmodius siqdem fecisset, si pauloañ in ea orōnis pte qua eos sanauit qbus tum thorax, tum pulmo p sputa expurgari debēt, id scripsisset, & non febri singultuosæ adiecisset. Et sane qđ dr̄ obscurp est & claritate destitutum. Nēpe κόκκαλος ab ipso dictus nō ita: κῶνος magis ab antiqs Græcis appellitatur, veluti a recentioribus medicis ppemodum oibus ϛρόβιλος. Consueuit autez

ex eo eclegma ꝯficere vbi maxíe pinguis fuerit.i. vbi multã circunfusaꝫ habuerit q̃ peculiaris sit resinam. Coquũt autem fructũ hunc in aqua cũ prassio recenti, mox decocto mellis exiguum miscent, coquũtq; iteꝝ donec mellis accipiat crassitudiné. quo ad hũc modũ confecto medicaméto vtimur ad thoracis pulmonisq; expuitões. Quo aũt modo & alia q̃dam medicaméto huic sæpius imittunt, ita & authorem libri huius myrrham imittere verisimile est, qđ postea velut cõpendio manifestauit inqens, (Coccalus & myrrha í eclegmate exhibeantur.) Põt auté & ipsos qui eduntur κωνος cum myrrha exhibere, atq; huic fortasse mel non ꝑperã medicamento misceri intellexerimus. Sunt q dictionem hanc ab añ scripta separant, seorsumq; scribunt. alij finem ante scriptæ ꝑ̃ncipium huius efficiunt hoc pacto. (Si autem abscessus ꝯfirmẽtur, coccalus & myrrha í eclegmate exhibeantur.) vt morbis in abscessum cõfirmatis ea medicamentum esse intel-

ligamus, qđ a ratione alienum censeo ꝓpter id qđ ita infert. (Bibantq; oxymelitis ꝑ quam exiguum.) Nempe in singultuosa febre formidandū acetum ꝑcipit ratio. In his võ q̄ in abscessuʒ cō firmant nequaq̄;. Eam ob cām sunt q dictioné hanc quadátenus qdem antea scriptæ ꝯiungant copulentq;. ſʒ q̄dātenus separant. atq; adiecta ꝯiūctio ne, aūt, ita scribunt, (Si autem ī abscessum firmetur morbus.) tanq̄; de singultuosa aūdicta febre id dictum sit. volente authore si in abscessum aliqn̄ firmari ꝯtigerit singultuosam febré coccalū cū myrrha exhibere, & copiosam oximelitis vitare potioné. Syllaba aūt vltia verbi huius ϛηρίζῃ. i. firmet, siue per ζ literā scribatur, siue per ξ, nullā q̄ īsignis sit facit ſmōis mutationé. 71

Quod si supra modū siticulosi fuerint, bibant aquam hordei.

Quod potū hūc tanq̄; sitim adimētem exhibeat, est manifestum. Sed melius fecisset si ꝑus quonā pacto pare

hordeum oporteat enuntiasset. vtrúnē simpliciter madefacere, vel ex eo zytū vt huius temporis homines, conficere, vel quouis alio parare modo. 72

De peripneumonicis & pleuritidis.

In peripneumoniis & pleuritide ita cōsiderare oportet, si febris acuta fuerit, si dolores lateris uel alterū, uel utrū ꝗ infestēt, & si æger in ea quę sursum fit spūs latiōe laboret, tussesq; adsint, & sputa educant, rufa uel liuida, uel & tenuia & spūosa, & florida, & si quippiā aliud discrepās ꝑterea ea q̄ didicimus.

Pleuritidis pipneumoniæq; tū magna, tum effatu digna qdem oīa in legitima libri huius pte sunt definita distinctaq;: sed q̄ medicis omnib⁹ patēt, ea sunt ꝑtermissa. Talia aūt sunt q̄ in ꝑsentiaꝝ ab authore scribunt. Et pmū quidem a veteribus empiricis appellata syndrome. quam veteres affectib⁹ confidentia symptomata appellabāt. si videlicet febris acuta, dolorq; late-

ris vel

ris vel alteri⁹ vel vtriusq;, & potissimū q in expiratiōe fit. Nēpe.i. (Et si æger in ea q̄ sursū fit spūs latione laboret.) tusses adsint, & sputa educantur, rufa vel liuida, & tenuia, & spumosa, & florida, & quouis aliter mō p̄ter solitū euariantia. Nempe hoc significat ingens, (Et si quippiam aliud discrepans hn̄t p̄ter ea quę didicimus.) Quę oīa pleuriticis peripneumonicisq; ostendi ait si ꝯtingant. Sed hi ita regere expedit. 73

Si dolor sursum penetrauerit, vel clauiculam, vel mãmam vel brachium, venam brachij internam secare oportet qua dolor afficit parte.

Rursus & in p̄nti loco ptis legitimę sniam elaborat. qm̄ in ea p̄termissum est qđ sil' cū dictis intelligit. adijcitq; illud venam. s. secandã recto latere dolente tramite. qđ exposuit inquiens. (Venam brachij internam secare op3 qua dolor afficit parte.) sed manifesta vsus breuitate, orationem negligentius percurrit. Nam venam cubiti dice-

re debuit cū venam brachij dixit. 74.

Sanguinē q̄ auferes pro corp̄is habitu, anni tp̄e, ætate, & colore. amplius q̄ non veritus si dolor acutus fuerit, ad animi vsq; defectionem detrahes.

Rursus hoc ī loco plus quā medlocriter scopos detractiōis sanguinis oēs recensere conatus, quosdā silentio p̄terijt. Neq;.n. virtutis meminit, neq; sanguinis mutationis, nec ꝓ o regionis, nec tēpamenti. Plus āt auferre atq; ad aīæ vsq; defectionem id audacter agere p̄cipiens, deliquit sane in dictione cū adiecit q̄;, ob cām audere ꝯueniat. Nēpe q̄ dolor acutus sit, plus quidē sanguīs vacuamus: sed fluere finimus, non q̄ acutus sit, sed ob alia, vtpote si virtus robusta fuerit, floruerit ætas, sanguis abundauerit, & laborantis nā tum densior, tū durior, atq; ęgre magis p̄spirabilis, & sanguinis copiosi fuerit. Anni ēt tp̄s, & tempamentum eucraton. sic sane & regio. Nempe q̄ ad animæ vsq; defectionem sanguinē auferre non ve

reamur, nobis ex his accidit. 75.

Clysterem postea exhibebis.

A sanguinis missione clysterem exhibere iubet. Sed melius erat adiecisse: si non sponte ꝓbe deiecerit aluus. 76

Si dolor sub thorace fuerit, valdeꝗ infestauerit, pleuritico vētrē subpurgabis, nihilꝗ dū purgabitur dabis. a purgatione āt oxymeli. verūtn̄ purgās medicamētum quarto die ministrabis, tribusꝗ primis diebus clysteres exhibebis quibus si non leuetur, ad hūc purgabis modū. Custodies deīde ægrū donec ad febris priuationē & septimū ꝑuenerit diē. qui si in tuto eē videatur, in primis exiguū tenuēꝗ cremorē, eūꝗ melle cō ditū dabis. si vero facile reuocatur, & facile spirat, lateraꝗ non doleant, sensim crassiorem copiosioremꝗ et bis die ministrabis.

Pleuriticum noīauit, id q̄ð ab Hip

pocrate in legitima libri huius pte est dictum. vbi ita hñtes pleuriticos purgat. facit āt id duobus modis. Quarto xo die medicandum indistinctæ pronuntiauit. Neq; .n. iter morbi initia aliqđ remedioꝝ hmõi ægro iniũgere opȝ desumpto a nũero dieꝝ scopo. Sed ꝙ Hippocrates recensuit, est exequendũ. Naȝ vel statim ab initio priusq̃; in ptẽ aliq̃; ꝯfirmentur húores medicanduȝ, vel postea cum ad maturitatem pducti fuerint. Quam ob cām & p̃ma iter dum die & scđa, & quarta, & interdum qnta medicaméta dedimus, & non in quarta solum quomodo is dixit. 77

Quod si non facile reuocari videatur, potionis minus, sorbitionẽ exiguã, cremoremq; tenuẽ, & semel exhibebis. atq; eo quo melius degit tpe. qđ ex vrinis deprehendes. Nẽpe in istiuscemodi morbis sorbitio ante vrinaꝝ sputorũq; cõcoctionẽ danda nõ est. Quod si purgatus multa deiecerit, dare oportet, mi

nus tñ & tenuius. Non.n. obvacatione dormire neq̃ cōcoquere poterit simili- ter, neq̃ indicationes sustinere. Verum vbi crudorum colliquatio facta fuerit, et quę remittūtur reiecta, nihil obstabit.

De particulari cibi exhibendi tpe agens Hippocrates, & libri hui⁹ author in his quæ supra scripta sunt, eam quę tum in thorace, tum in pedibus est ca- liditatem aīaduertēdam esse voluerūt. Nempe vrinaꝝ ꝯsideratio ad vlēm vi ctus formā, non ad pticularē cōmoda esse vr̄. Quo fit vt non recte hoc in lo co cremorez tenuem semel exhibendū eo quo melius degit tpe, deprehenden dumq̃ ex vrinis. Nempe tametsi bre- uissimam in particularibus accessioni- bus ad melius inclinationem vrinæ ha buerint, tp̄s tñ hmōi non vsqueadeo ꝓ trahitur, vt has recondamus, expecte- musq̃ vtrum nebulas vel sublimes vel subsidentes habuerint. Hæc siquidem nō in pauco fiunt tpe. Atqui in acutis morbis interdum ægri in declinationis

ꝑncipio de necessitate sunt alendi. 78

Cocta aūt sunt sputa, cū puri similia fuerint. Vrinæ āt cū hypostases erui mō subrubras habuerint. Cæteris āt late℞ doloribus tepefactoria apponere, & ceromata nihil uetat. cruraq́; & lū bos calido inūgere, & pinguedine illinere. hypochōdrijs quoq́; adusq́; mammas ex lini semīe cataplasma īponere. vbi aūt ꝑipneumonia ad statū ꝑuenerit, qn̄ nō repurgantur, auxiliū nō hēt. & mala est si laborās ægre spirauerit, fuerintq́; vrinæ tenues, & acres, atq́; si sudores circa ceruicem caputq́; oriantur. Nēpe sudores hmōi mali sūt, vincente ob æstū īpetūq́; & uiolentiā ægritudine, nisi urinę multę et crassæ prodierīt & cōcocta exierint sputa. Vtr℞ aūt ex his sponte euenerit, soluit morbum.

Neq; authorē hunc de coctis vrinis

supra ad hunc scripsisse modum recordor, neq; Hippocratem aliter asserere quā ꝙ vrina optima sit, q̄ sedimentum hʒ, tum album, tum læue, tum ęquale. Cætera quę de peripneumonicis pleuriticisq; in orōnis textura narrantur cōspicua sunt, tum vbi libri huius author ab Hippocratis recedit sñia, tum vbi maxime, vel prorsus, vel aliqua ex parte huic annuit & consentit. 79.

Peripneumoniæ eclicton seu eclegma. Galbanum & nucleum pineum ex melle attico dabis. uel abrotonū ex oxymelite. Piper quoq; & nigrum helleborum ubi ferueseceris pleuritico etiam circa initia dolenti bibendum offeres. Quod si panacem ex oxymelite feruefactum percolatumq; propinaueris, bene facies. Proderit autem & hæc hepaticis, aut ex septi transuersi dolore affectis, atq; his oībus qui aut p aluum aut per urinas expelli desiderant ex ui

no & melle. Verum quæ uentri expurgãdo exhibiturus ſis, ea cũ mulſa aquoſa, & multa propinabis.

Medicamentum primuz ſecundũq; ſputa educunt. Sed quod ex helleboro nigro conficitur, ventrem ſubducit. Quod vero ex panace eſt, quibuſnã vtile ſit, recenſuit. 80.

Dyſenteria quæ cæſſauit, abſceſſum uel tuberculum aliquod pariet, niſi deſierit, uel in febres, uel ſudores, apparuerintq; urinæ craſſæ, & albæ, & læues, uel in tertianas, uel in uarices, aut dolor in teſticulum uel crura uel coxam firmetur.

Sermo quoq; præſens ſine definitione & diſtinctione eſt prolatus. q neq; qualem dicat dyſenteriam demonſtrauerit, quod neq; omnis quę ceſſauerit, hæc inferat. 81.

In bilioſa febre morbus regius cũ rigore ante ſeptimũ diem enatus morbũ

soluit, si uero absq; rigore præter occa sionem superuenerit pestiferum.

Neq; proculdubio añ septimũ diẽ cũ rigore enatus morbus regius febrẽ soluit, neq; post septimũ. Sed sane ita distinguere opz. Febriẽtibus morbus regius supuenit, interdũ qdẽ tanq̃; affectionis hepatis symptoma. Interdum quoq; & natura bilẽ p cutim excernere cõtẽdẽte, sed nequeũte. veluti ĩ abscessibus oĩbus fieri cõsueuit. Verum aphorismis de huiusmodi morbis regijs est enuntiatum. 82

Lũborũ tetanus, atq; in melancholicis p venas spirituũ intercæptiones cũ fuerint, sanguinis detractione soluunt.

Cum inquit pp melancholicũ sanguinem in venis redundantẽ spirituũ intercæptiones fiunt. sanguinis missio soluit, si intercæptionẽ dicit spirituũ q in arterijs sunt (nam & arterias, antiqui venas appellabant) quænã alia fuerit quã pulsus carentia priuatioq;? Græcis ἀσφυξία dicit: si vero eo͡r qui in pul

mone sunt spiritum, intercæptioné di-
cit, rursum & appellatá apnœaz quasi
non respirationem dixeris, obscure in-
sinuabit. Potest quoq; sanguinis tum
copia, tum crassitudo non arterias mō
inflare vt permeare non possit, verum
quoq; & ꝓprie appellatas venas. 83

*Cū aūt ob tēdines uehemēter in an-
teriorē reuellunt partē, sudoresq; cir-
ca ceruicē faciēq; oriunt, morsis ob la-
borē arescētibusq; his qui ad ὀυραῖον. i.
caudā uergūt tēdinibus. Crassissimi hi
spinā cōtinuāt, qua maximæ enatę co-
pulæ ad pedes usq; finiuntur. Is si neq;
febris, neq; sōnus supuenerint: fuerintq;
sequutæ coctionē habētes urinæ, sudo-
resq; iudicatorii, uinū creticū uinosum
bibat, edatq; polētā coctā. Cerato quo-
q; perūgat. & crura ad pedes usq; ca-
lidis in pelui madefacta, supimposito
uelamine cōtegant, brachia itē ad digi*

tos usq; inuoluant. Spinam preterea a ceruice ad coxam usq; molli pelle quæ pinguedīe & cera illita sit, uelabis, ita ut anteriora ēt cōtineant. Intermissisq; quę p utriculos fiāt, fomētis, calida per fundes aqua, linteo obuoluēs, & in cōclaui cubare ægrū facies. Ventrē autē ipsum nō admodū solueris nisi balano, si longo iā tēpore se cōtinuerit, idq; si bene tibi processerit: sinaūt modi radicē in uino odorato tritā & daucū mane ieiuno priusq̄ madefeceris propina. Post hæc cito farinā coctā tepidā uoret plurimā. uinūq; cum uoluerit, bn̄ tēperatū superbibat, idq; si ad melius tibi processerit, si nō, prędicere te oportet.

Sermo quoq; hic Indistincte & idiscrete est platus, pter id qđ & nomina quædā iproprie scripta sunt. Nēpe ob laborē morderi tendines improprie ē pictū, verbo hoc mordere acribus hu-

moribus & non doloribus quadrante. præterea & qđ in pñcipio dictionis dicitur, (Vehementer in anteriorẽ reuellunt ptem.) Deinde ait, (Arescentib⁹ qui ad ὀυραῖον. i. caudam vergunt tẽdinibus. q crassiores spinam continuãt.) Eos qui vsq; ad caudam protendunt ita vocans. Appellãt aũt ὀυραῖον. ossis extremũ. Qđ si partem vtranq; tendi manifestare voluerit, atq; tum in scapulas, tum in pectus tẽtanuз intendi, fieri sane potest. quo modo paulo añ dixi, (Tetani lumboꝝ.) Non tuto aũt morbi facilitatem ex vrinaꝝ ꝯcoctiõe prænoscit. Nẽpe tametsi febris cruditates per vrinas manifeste indicent, morboꝝ tñ musculos ĩfestantiũ, haudquaquam secura est per vrinas significatio, imo exigua. Vinũ aũt his indiscrete exhibere vtrũne ob frigiditateз passus æger fuerit, an aliam ob cãm non exiguum est delictum: imo petulans potius ĩmodestũq;. Absq; iteз rõne dictum est ventrem soluendum nõ esse nisi balano. Nẽpe in huiusmodi mor-

bis cōmode interdum soluitur. Cætera dictionis manifesta sunt. 84

Morbi oēs soluūt uel p os, uel p aluū uel p uesicā, uel p aliā quę talis sit. ptē, Sudor aūt morbis omnibus est cōmunis.

Sermo hic neq; vniuersalis est, neq; cōiter inest oībus, neq;.n. p hæc solum morbi soluūtur, ve℞ quoq; & p vte℞, & p sanguinis e narib⁹ eruptionē. 85

Quibus a capite fluxio ē, his helleborum dare oportet.

Hellebo℞ dare oībus qbus a capite fluxio ē, nō est necesse. Nēpe īterdum capiti soli prouidere ꝯsueuimus. 86

Quicūq; propter abscessum uel phleborrhagian, uel incōtinētiā, uel aliam quāpiā fortē cām suppurātur, his ne helleborū dederis. neq; etenī proderit, & si quippiā afficiat æger, fecisse id uidebit helleborus. Si uero corpus dissoluat, uel caput doleat, uel oppleant aures, uel nares, uel sputū, uel genuum

grauitas afficiat, uel corpus pręter solitũ tumeat, quodcũq; horũ cõtigerit, dabis. mõ hæc neq; ob potũ fiant, neq; ob ueneres, neq; ob tristitiã, neq; ob uigilias, Si enim quippiã horũ cãm fecerit, ad id curationem dirigere oportet.

Phleborrhagian, venaꝝ ruptionem dicit. Quod aũt neq; ex huiusmodi cã suppuratis, neq; his qui ꝑp abscessum, neq; ob cãm aliam, afficiunt, dare helleboꝝ oporteat, nemo ignorat, Sed q ob incontinentiam intẽperantiãq; suppurantur, perperam in hoc recensent catalogo. Intemperantia ipa per se intemperantes lædente, vt redundantia, cruditate, crapula, venere multa, vigilijs & qbusdam siribus. Cæteꝝ prædicens quibusnam helleboruz exhibere oporteat, iquit, (Si vero corpus dissoluat. i. fractũ admoduz reddat, absq;. s. manifesta causa, vel dolor ĩ capite diuturnus & solutu difficilis fuerit. Nẽpe & id te subaudire opz in capitis dolore,

& deinceps in his quę serie ɔtinuata dĩcuntur oĩbus.oppletis.s.auribus,naribus,& sputo. Adijcit & genuũ grauitatem doloremq;, & corporis p̃ter solitũ tumorem. In omnibus siquidem his q̃ sine manifesta causa facta sũt, vult hellebo⁊ exhiberi. Diuertẽs aũt sermonẽ vniuersalẽ ad particularia inqt.(Mõ neq; ob veneres,neq; ob curas,neq; ob vigilias dicta facta sint.)Si.n. ex ho⁊ aliqua facta sint, pugnandũ aduersus efficientẽ cãm p̃cipit. Quænã aũt ex his oĩbus q̃ recensuit,vere diligenterq; dicta sint,& q̃ nõ,didicistis tũ ĩ Hippocratis libris,tũ in cõmentarijs nr̃is. 87

Dolores ex itinere si fuerint,lateris, dorsi,lũborũ,& coxę,& qui inter respirandũ dolent occasionẽ habẽtes. Sępius.n.dolores ex crapula cibisq; inflãtibus ad lũbos & coxã uenire cõsueuerunt. Quibus talia fuerint,urinę difficultas accedit. Horum *iter causa est,corizæ item & raucedinis.*

Sine ordine hæc memorauit. Nā p̄dicēs dolores ex itinere, late℞, dorsi, lūbo℞ & coxæ, rei inanis exhibitionē repræsentationēq; fecit, pinde atq; quonā mō hęc curent̄ esset dicturus. Deinde facto ita additamento, (Sæpi⁹ n dolores ex crapulis cibisq; inflantibus venire ↄsueuerunt.) Intulit, (Quibus talia fuerint, vrinę difficultas accedit.) Post hęc quoq; inquit, (Ho℞ iter cā ē, corizæ item & raucedinis.) acephaluz vt quispiam dixerit, id est sine capite & vertice rei faciens sermonem. 88

Quæ ob uictus rōnē eueniūt, multa quidē unusquisq; pro nō assueta uictus forma maxime declarat. Nā qui prandere nō cōsueuerūt, & prāsi fuerint, his tumor uentris ingens accidit, dormitatio & plenitudo: quod si sup cœnauerint, uēter turbabit. hi a balneo (cōfert. n.) dormiant. expgefactiq; plures lēta ambulatione absoluent circuitus: & si uentrē exonerauerint, cœnēt,

parumque uini sed meracioris bibant. Si uentrẽ nõ exonerauerint, corpus calido pungant. Et si sitiuerint, uinũ aquosum albũ & dulce bibãt, si nõ, amplius dormiãt, cõquiescãtque. Ceterũ talis instituat uictus, qualis ex crapula laborantibus institui solet. Pocula aquosiora tarde meãt, ac ueluti in orbẽ agunt, circaque hypochõdria inatãt, & nõ decurrũt ad vrinas. Quibus qui repletus fuerit, nullũ celeriter ex his absoluet opus q̃ cõpositũ corpus vi & celeritate cõficere põt. Maxie ãt quiescat donec cũ cibis cõcocta fuerit, Meraciora vero & austeriora palpitationẽ in corpore atque in capite pulsum efficiunt. His bñ fuerit si supdormiãt, calidũq; quippiã sorbeãt ex his quæ suauissima hñt. Ieiuniũ.n. aduersus capitis dolorẽ crapulãque malũ ẽ. Qui semel tm̃ die cibũ adsumunt,

imbecilli fiũt, & calidũ mingunt, vt po-te preter cõsuetũ vacuati. os ipsis salsũ efficit, & amaricat. atq; in quouis ope cõtremiscũt, tẽpora cõtendunt. cœnãq; nõ ita cõcoquere pinde atq; prãsi fuis-sent, queũt. Minus igit quã cõsueuerũt bibãt, liquidiorẽq; mazã panis loco ad sumãt. atq; ex oleribus rumicẽ, vel mal uã, vel betas, & ptisanã. Dũ aũt cibant vinum modice bibant, aquosiusq;, atq; a cena parum ambulent, donec excur-rat vrina minxerintq;.

Totũ hũc sermonẽ in legitima libri huius pte abũde, tũ elaboratũ, tũ ex-planatũ scimus. quo fit vt ex illis q̃ mõ dicantur simili possis, tum discernere, tum iudicare. Neq; mihi diutius mora ri in his est necesse. 89

Cibi ãt maxĩe notas & ĩdicia faciũt.

Edulioꝝ vim nõ ex rõne aliq̃ sʒ ex-periẽtia iudicari ꝯuenit. Neq; hic refert βρώματα vel ἐδέσματα.i. cibos vel edu

ia dicere. Cęterũ q hęc scripsit, tale qppiá ostẽdit p hoc vbũ ἐπισημαίνειν .i. notas & indicia facere. Nẽpe nota corporib⁹ signũq; fit (vt inqt) secũdũ vnãquãq; q̃ ex cibis valentib⁹ fit mutationem. Cõsequẽter aũt ea enũerat. 90

Alliũ flatũ parit, caliditatẽq; ĩ thorace, capitis itẽ grauitatẽ facit, & cibi fastidiũ, si & alius quispiã dolor ex cõsuetudĩe añ infestauerit, irritat, Cęterum vrinas ciet, estq; hoc præditũ bono, eũq; qui potaturus sit & sese crapulæ daturus, vorare allium optimum est,

Si vnũquodq; eduliorũ expiẽtia iudicãdũ fit, nõ recte dictũ eẽ vr̃ flatuosum esse alliũ, neq; caliditatis maioris sensum quã cepã comedẽtib⁹ inferre, & si in nulla alia corpis pte, neq; ẽt in thorace. neq; fill' ἄσσην .i. cibi fastidiũ, & potissimũ vbi qs ipsum parũ añ feruefactũ adsũpserit. Eduliorũ aũt multa corpus si plethoricũ fuerit, calfaciũt, cũ v̊o añ vacuatũ fuerit, siccãt abũde.

Peccauit igit libri huius author q̄ idi‑
screte ré enũtiauit. Nã melius erat vti
dictũ est definire. In p̄sentia℞ aũt sim‑
pliciter de alio cẽsuit. sꝫ melius fecisset,
si & exiccare & calfacere ipsum dixis‑
set. & nõ flatuosũ ee͂. Nẽpe aduersus
indiscretũ indistinctũq; ferre sñiam cõ
suetudo nõ est. Subaudire aũt opꝫ vbi
tẽpestiue datũ fuerit. q̄ parato añ cor
pore manifestat. Añ aũt parat si neq;
plethoricũ neq; cacochymũ fuerit. Nõ
recte igit capitis grauitateꝫ ab eo fieri
ait. Nempe si p̄uacuato corpore alliũ
obtuleris, capitis grauitatem sanabis,
partisq; alterius omnis. Demiror auteꝫ
quonam pacto quæ hucusq; percurrit
præfatus, deinceps dixerit. Eũq; qui po
taturus sit, & sese crapulæ daturus vo‑
rare ipsum optimũ est. Videt autẽ ex
his neq; crapulam neq; ebrietatem ef‑
ficere, sed ab his ita pręseruare vt & gra
uitatem expellere possit, & flatus sana
re. Vera quidem hæc dixit, atq; adhuc
ex cientibus vrinas vnum esse allium.
Sed alia falso adiecit, simulq; & pugnã

tia, si dicantur. 91

Caseus flatū parit, atq; astrictionē, ciboſq; accendit, & crudū quoq; incoctumq; exiſtit. atq; his qui ſe potu repleuerunt deterius eſt.

Caſe⁹ recēs & mollis duro & ſicco flatuoſior exiſtit. minuſq; q̃; duꝝ ſiccūq; aſtringit. i. vētrē ſiſtit. *S*iccus eteniʒ flatuoſus minus eſt, ſʒ ventrē magis ſiſtit. p̃terea & ſiticuloſus magis exiſtit. qđ oſtendit cū inquit. (Ciboſq; accēdit.) Cruduʒ aūt & incoctū in dictionis iacet medio. qđ exacta enūciatione caret. Oſtendit autem ꝙ crudum oē incoctūq; in corpis humoribus ꝓctū ex hmōi edulijs fieri natū ē. cuiuſmodi ē caſeus, crudum & incoctum exiſtens edulium. quaſi ita diceret, (Caſeus flatum parit atq; aſtrictionē vētris, eſtuoſuſq; eſt. præterea & crudum & incoctile eſt edulium, taleſq; ſuccos generat.) Ait præterea & deterrimū eſſe his qui ſe potu repleuerunt, qđ & idiotis ipſis patet. Neq; ſiquidem alias bonum eſt

eduliū caseus, vtpote qui crassum succum & coctu difficilem pariat. Si vero inter bibendum eo quis vtatur repletus, deterrimum omnium eduliorum redditur. Grauat siquidem os ventris primumq; corrūpitur, & alia deinceps secum corrumpit.

92

Legumina oĩa flatuosa sunt, & cruda, & cocta, & fricta, minime aūt vel macerata vel viridia. his aūt vtendum non est nisi cū cibarijs. Sed horū singula suum vicium habent.

Ventrē implent legumina oĩa, coctuq; difficillima sunt quæ cruda existunt. fricta flatuosá minus sed concoctioni non minus renitūtur. Quæ aūt plurimum cocta sunt, ea existunt moderatiora. Quod: autē sequitur in exēplaribus nōnullis scriptum est ita, (Et macerata, & viridia,) vt talia pręfatis vitijs sint prædita. In quāplurimis vero non ita scriptum reperit̃. sed principio altero in hunc modum, (Minime aūt vel macerata, vel viridia. (*V*iridia di-

cuntur quæ ſicca non ſunt. Macerata vero quæ in aqua fuerint madefacta. Cæterum leguminibus haudquaq; ſine cibarijs vtendum eſſe præcipit. cibaria nimirum eos qui ex tritico panes fiunt, affirmans. vel ſimpliciter omnia quæ quouis modo parantur, vel forſitā & alia omnia ex quibus conficiunt. zeá. ſ. tipham, & hordeū. ruſtici ex milio panes conficiunt. 93

Cicer flatum parit crudū frictumq́, & laborem.

Sunt qui cicer ſcribant ob id flatuoſum eſſe qđ pudenda intēdat. Quod autem in fine dictionis laborem dixerit, id ad eum referre oportet qui propter inflationem fit dolorem. 94

Lens aſtringit atq; turbationē facit, ſi non detracto cortice ingeratur.

Vocē hāc ἄραδον, turbationē q̄dã & veluti pugnā q̄ in vētre ex diſcrepātibus facultate cibarijs oriẗ ſignificari dixi. quo mō & nūc ſignificat, ſi cum cortice adſumatur. vtpote quę q̄; caro

ipsius lõge coctu difficilior existat. 95

Lupinus ĩter hęc minime mala hẽt.

Vocabulum hoc ἥκιστα, id est minime, vocabulo huic μάλιστα. i. maxime ɔtrariũ indicat. Lupinũ autẽ minime prædictorũ omniũ ait hr̃e mala. 96

Laserpitij tũ caulis: tũ succus nõnullis quidem maxime, inexpertis vero p̃ ventrem non descendit. Nominatur aũt hoc malum cholera arida.

Laserpitij radicẽ hoĩes æquoce cuʒ tota herba vocare consueuerũt. hác & herbę succũ ĩexptis. i. ĩ assuetis siccá generare cholerá ait. Sed q̃ná ea sit, post paulo ipse docebit ita ingens, (Ab arida cholera vẽter ĩflat̃, & strepitꝰ ĩsunt.) Patet ergo spiritũ flatuosũ ex laserpitij ingestiõe colligi in vẽtre. est. n. acre & æstuosuʒ. Quidná aũt significet vocabulũ hoc. (Nõnullis.) nihil ex dictiõe est manifestũ. Atq; ob id explanaturꝰ quispiá qđ maxime ꝓbabile videbit̃, id esse affirmabit. Nẽpe in talibus dicere qđ ex rõne ẽ, incertũ existit. 97

Maxime ãt id fit, ſi cũ multo caſeo, aul bubularũ carniũ edulio miſceatur,

Siccam ab eo vocatam cholerã, ait maxime his fieri qui laſerpitium ſimul cum caſeo multuȝ ingeſſerunt, aut cũ carne bubula. Nempe flatus qui ex laſerpitio oritur, cum opplentibus & tarde penetrantibus edulijs mixtus, manet in ventre & non deſcendit. 98.

Bubulæ etenim carnes melancholica proritant pathemata. Nẽpe harum natura inſuperabilis eſt, nec quiuis ventriculus eas concoquere poteſt.

Agebat quidem de laſerpitij virtute, ſed bubularum carnium eſum ſup miſcuit: factoq; ad pathemata melancholica tranſitu, ea a bubulis carnibus proritari ait. Deinde geminas aſſignãs cauſas, hoc ait, (Nempe harũ natura inſuperabilis eſt.) Vſus eſt igit hac cõ iunctione, Nempe: eorum modo, qui dictorum cauſas referunt. Non tamen cur a bubulis carnibus melancholica

proritentur pathemata, causam dixit: q̄ꝗ̄; aliam q̄;piam cōmuniorem dixerit, qua. s. natura ægre conficiatur, & valida sit. Natura enim ea insuperabilis, quam nullus superauerit. 99.

At optime liberabuntur, qui coctis vtentur & per q̄ vetustis.

Hæc quoq; sermonis textura vniuersaliorem habet admonitionem nō in melancholicis. Nam bubulis carnibus & coctis & vetustis vti præstat: sicuti & alijs omnibus quæ difficulter concoquūtur. At improprie voce hac βέλτιστα, id est optime, est vsus. Neq; enim melancholico laborātes morbo, neq; homo alius quispiam vel sanus, vel æger, optime liberatur bubulas carnes & coctas, & vetustas ingerēs. Nempe inter omnia quæ eduntur, hæ non bonam p̄stant alimoniam: bene tñ talia ingerens cæteris minus lædūtur. Si ergo ꝓ voce hac βέλτιστα dixeris ἥκιστα, .i. minime, ſmonē reddes integꝝ. 100.

Caprinæ carnes, quæ in bubulis ma

la sunt, oĩa hñt, & cruditatem: suntq́; flatuosiores, ructusq́; magis generant, & choleram pariunt, Verũ quæ odoratissimæ, solidæ, & suauissimæ sunt, nõ hæ optimæ sunt, tum coctæ, tum crudę, quæ vero suauitate omni carent, male olent, & duræ sũt, hæ deterrimæ atq; non recentes.

Cur caprinæ carnes bubulis vitiosiores sint, cám hoc in loco dixit. Nempe cum coctu difficiles bubularũ modo existant, flatuosiores etiam sunt, & sæpius mouent ructus, qui malam habeant qualitatem. Cum igitur bubulis & acriores, & calidiores sint, si incoctæ maneant, choleram pariunt. Qua efficitur ratione, vt frigidas eas magis quã calidas esitare oporteat. 101.

Optimæ autem æstate, autumno vero penitus illaudabiles.

Optimas esse ait caprinas carnes, inter se quidem non cum cęteris compa

ratas. Oportebat igitur q̃tum ad anni tp̃s attinet, vitiosissimas ob temperaturam esse. Contingit aũt capris tpe æstiuo meliorem esse alimoniam: quõ praua sunt quæ herbas vorant aĩalia, vbi viridem herbam non habeant. Capris aũt maxime idoneam præbent alimoniam germina arbo℞, caulesq́;, quos a fine veris æstas largiter & copiose hz. Quod aũt alimonia ad carnis bonitatem plurimum possit, potes ex vulpibus certior fieri, qui autumno ꝓbatissimam ob vuas hñt carnem. Sic passer & ficedula maxime laudabilem carnẽ obtinent. Autumno igitur capræ nutrimento idoneo destitutæ, tũ deterrimã, tum perq̃; tenuem hñt carnez. Hyeme ãt meliorem sanguinis ꝯsequuntur habitum, nãlez intempiem a temperatura tpis contractam corrigentes. 102.

Porcelli carnes prauæ sunt, cum vel crudiusculæ uel ambustæ fuerint. Nempe tum choleraceæ sunt & turbatoriæ. Suillæ aũt carnium oĩum optimæ sunt.

ualentissimæ uero quæ non admodum neq; pingues neq; graciles sūt, nec victimæ ueteris ætatem sunt assecutæ. Edendæ vero sunt detracta pelle & frigidiusculæ.

χοῖρον proprie appellabant veteres porcū valde puū. vt apud poetā repit ἔσθιε νῦν ὦ ξεῖνε τὰ δὴ δ' μώεσσι πάρεστι χοῖρε' ἀτὰρ συάλους γεσύας μνηστῆρες ἔδουσιν, id est vescere nunc o hospes. seruorum cibus porcelli sunt. Proci eteni plus q̄ absolutos edūt sues. Non sane video quo pacto syalos ederent pci. (nā & syalos veteres appellabant sues eos, qui perfectos absolutosq; supra essent) nisi quod & ignarissimi essent dignoscendorum tum eorum quæ facile concoquuntur, tum suauiuз edulio rum. quales & sese ōdebant cum ventres caprarum pingui & sanguine plenos esitarent. quo sane quod difficilius concoquatur edulium reperies nullū. Caro aūt optima tum ad suauitatem tum ad ꝯcoctionem eoruз est qui me

diam ætatem sunt assecuti. veluti deter rima est porci vetustissimi, atq; eius q ↄfestim a partu voratur porcelli. Nempe hi terrestrium fere oĩum quæ vorãt hoĩes aĩalium, maxime humidam ob tinent carnem. Atq; ob eam rem cum nuper genitoruȝ caro exuperanter humida sit, plurimam inde generat pitui tam. & si subcruda fuerit, multo adhuc magis. Simili quoq; ratione pinguissi mam suum carnem ea quam medij & bñ carnosi hñt, deteriorem existimat, suspitionem humiditatis hñs, ob quaȝ pinguedo oĩs carne sui generis deterior tum ad ↄcoctionem tum nutritionem existit. Quæ autem ob assationẽ ambustę sunt, tum ad succi bonitatem tum ad ↄcoctionem sũt inhabiles, choleramq; pariunt pp eam quæ his accedit acrimoniam. Nẽpe ea choleraceorum eduliorum cõis est malitia, cum & humida & acria fuerint. Talia siquidẽ silr corrumpuntur, suaq; acrimonia vasorum eoꝝ quæ ad ventrem decũbũt, ora remordent: atq; fluxionum earuȝ

quæ ex toto corpore in eum fiunt,cau
ſæ efficiunt.Q ỏ autem porcelli abſq;
pelle.i. abſq; cute edendi ſint, nemo
ignorat.Non.n.cutis animalis carni ſi
militer concoqui nata eſt, vtpote ꝙ fri-
gidior exiſtat. Frigidiuſculos quoq; &
hos manifeſte edendos ꝑcipit, calidas
oẽs carnes veritus, ac fortaſſe calidas
frigidiuſculis tum æſtuoſiores tum fla
tuoſiores eſſe exiſtimans. Ego autem
in caprinis carnibus & quæcunq; cali-
da ſunt,ſermonem admitto. In mode
ratis vero tum caliditate tum frigidita-
te cuiuſmodi ſuillæ carnes ſunt,ſimpli
citer indiſcrete ita dici non admitto.
Nempe ei qui diſtinxerit,calidæ frigi-
dis idoneæ magis erunt. 103.

Ab arida cholera uenter inflatur, ſtrepitus fiũt,& dolor tũ laterꝶ tũ lumborꝶ,nihil ꝗ aluus deycit:ſed aſtrigit.

Choleram ab hominib⁹ ſimplr ap-
pellatam ab arida per humiditatez di
ſtinguit. In vtraq; autem noĩe cõi eſt
vſus, generationis modum qui cõmu

nis est respiciens. Vt.n. cholera humida ex acribus oritur humoribus qui ex esorum ingestione ꝓdierunt, sic arida ex spiritu flatuoso acri. Quo fit vt quę ꝑpe vẽtrem sint neruosa corpora mordeantur, intendanturq́; & dolorem pariant. At cum spiritus hi possint interdum quidem retineri, interdum & exire, aridam propter retentos spiritus generari choleram asserere non possum. Nam probabilius fuerit, ita appellare quæ penetrant egeruntur q́;. 104.

Ita affectum ne vomat seruato, venterq́ subducatur. Clysterem ergo ex calido & perq̃ pingui adhibebis. perunctumq́ in aquam demittes calidam & q̃plurimam in scapha reclinans, & calida sensim perfundes, & si calfacto venter subducitur, morbus solutus est.

Quam citissime clysterem exhibere & vomitum ꝓhibere præcepta sunt cōia omnium quę in ventre præter naturam ꝯtinentur, & quæ vt excernãtur

apprime

apprime cōtendimus. Simili modo & calidum exhibere clyſterem: prouocat ſiquidem calidum, & frigidū reprimit. Clyſma autem pingue aridaз proprie ſanat, quoniá & virtute contrariuз eſt, ſiccitatē nimiruз humectans, morſuſq; leniens. Eundem habes ſcopū, ſi in ſcapha fouendo, tum aqua, tum oleo & calfacis, & mitigas ſolariſq;. 105

Confert quoq; & huic dormire.

An eum dum in ſcapha fouet, dormire velit, an ſine illa, nō conſtat. Qđ aūt ipſuз dormire ꝑ ſe ctuditatib⁹ oib⁹ maxīo remedio ſit, ꝯſiderāti pз. 116

Bibere item vinum tenue, & vetus, & meracius.

Vinum quidem exhibent, vt cōcoctioni adiumento ſit: ſed tenue, vt in ventre non moret: vetus vero & meracius, vt calfaciat magis. Vinū ſiquideз omne habitum calfacit, magiſq; quod vetus eſt. 117

Oleum quoq; dabis vt quieſcat, & vēter ſubducatur: & ſoluitur morbus.

Oleū quæ acria sunt lenit, placatq́; & siccitatē emendat, ventremq́; moderate subducit: quibus omnibus ei qui curatur est opus. 118

A cibis autem atq́; alijs abstineat.

Si corpori nihil desit, nullaq́; apponendi quippiam premat necessitas, & cruda quædā concoctionis indiga cōtineantur, his requie est opus, & nō cibarijs prius q̄; contenta mediocriter cōcoquantur. 119

Verum si dolor non cessauerit, lac asinę bibendum donec purgetur dabis,

Si feceris quod dictum est, & dolor non soluatur, contristantis causæ maiorem esse acrimoniā existimandum: atq́; ob id corpus purgare oportet. Lacte asinæ vtendum pręcipit, quod purgantia inter medicamenta omnia mitius, trāquilliusq́; existit: id quoq́; & lacte omni humidius est, & ventrem magis subducit. 120

Si venter liquidus fuerit, bilisq́; excernatur, vexentq́; tormina, & vomi-

tus, & ſuffocatio, quieſcere his eſt optimum, mulſam bibere, & vomere.

An de arida adhuc cholera agat, an per ſe hæc intelligenda ſint, non ſatis conſtat. Sed quocūq; res ierit, contineri in ventre videtur bilis, quæ acris & elui contumax ſit. Ventrem autē moderate ſubducere, atq; quæ in vētre cō tinentur conquere molitur. Subducet autem mediocriter aqua mulſa, & per requiem concoctio fiet. Qui autez in affectionibus huiuſmodi ſæpius valē ter auxiliatur, is cacochymiaz valente medicamento affatim expurgat, vires contemplatus, ægri habitū, anni tempus, ætatem & conſtitutionem. Quod autem in fine dictionis dicitur, mulſaz bibere & vomere, quaſi ſuperiorē ven trem expurgari autor voluerit: melius cum aduerbio, non, dicetur. Nam mul ſa detergendi pollēs facultate, quæ cor rupta ſunt in naturalem præuertit viā, idq; citra oris ventris tum læſionem, tū periculū, q̄ per vomitū ꝓhi pn̄t. 121

Hydropum duæ sunt naturæ: quorum hyposarcidius si hominẽ aggreditur, vitari non potest. Alter ex flatibus constat, multaq; & bona indiget fortuna: curaturq; tolerantia, fotu & tẽperantia. Sicca autẽ & acria edat. Ita enim maxime tum minget, tum valebit. Si difficulter spirauerit, fueritq; anni tempus æstiuũ, & floruerit ætas, viribusq; fuerit valentibus, sanguinẽ a brachio tolles, deinde calidos panes ex vino nigro & oleo tinctos dabis: isq; quã minime bibat, & quã plurimũ laboret: suillãq; edat carnosã ex aceto coctã, ut aduersus arduas resistat inãbulatiões.

Sunt qui nõ hyposarcidiũ, sed episarcidium scribant. Neq; tñ anasarca & catasarca alicubi scriptũ reperi, quãq; recentiores ita nominẽt. Cum aũt hydropuz naturas duas affirmauerit, atq; de posterioꝛ flatus citra quoduis aliud

ſymptoma dixerit, de priore auté nihil omnino, non ſolum in aliquo cõfuſus videtur, veꝝ quoq; & in hydropũ differentijs falli apparet. Quidã ergo ex medicis quatuor hydropum differentias eſſe affirmant, a iuſto recedentes: aduerſus quos verba impræſentiarum facere tempeſtiuum non eſt: verũ qui hæc ſcripſit, manifeſte defecit. Nempe hydropuz vnus humidi ſubſtantia tenuis copiam in tota inferiore thoracis regione aceruat, quaz aliquando perpurgantes humidũ euacuamus. Alter locum hunc non aqua ſed ſpiritu plenum habet, & fere ſuperiora omnia tumentia: hunc tympaniam appellant. Qui autem habitum totũ pituitæ plenum habet, eum hypoſarcidium nonnulli appellant. Quo fit, vt nõ exacte duas hydropũ eẽ naturas dixerit. Neq; etiã recte ꝓtulit, ἐγχειρέωμ γίγνεσθαι, id eſt, ſi aggrediť. Nam verius dixiſſet ita ſcribens: (Interficit autez protinus poſtea q̃; factus fuerit.) Scripta eſt aũt ita dictio, ſed perperam ab eo, qui pri-

mum scripsit. Alterius sane hydropuȝ quem ex flatu constare ait, sanationeȝ scribit, quæ profecto hydropum oīum qđ cōmune est, habet. Principio auteȝ scripsit tolerantiā, fotum, & temperantiam, calida & sicca gustare admonēs, quod solius anasarca est: quem vt insanabilem prætermisit. Nempe hic solus cum incipit, eget interdū sanguinis detractione, cuȝ scilicet ex retentione vel hæmorrhoidis, vel muliebrium, vel ex quapiam quæ ita plethorica sit causa inceperit. Tympaniam vero & asciteȝ, nullus per sanguinis missioneȝ sanare est ausus. In eo igiť qui sanguinis detractione eget, fiat quę subsequens est curatio, quæ scilicet calfacit & siccat. Sane libri huius autor ad id quod expedit intentionem direxisse videť. Nō tamen recte dixit, (Si difficulter spirauerit, sanguinis eget detractiōe.) si nō propter plethoram hydropa incurrat, prope scilicet ad extinctionem accedēte naturali caliditate, vt igni contingit. Nempe vt ignis ꝑpe extinguitur im-

missis lignis tum humidis, tuz multis, nisi quis multitudinez sustulerit: sic & in frigidiore ob copiam sanguine, vbi calor natiuus prope extinguitur, præsentissimū est remediū sanguinis missio: quo tempore periculum ita prehēderit. Perperam quoq; dictioni apponitur. (fueritq; anni tempus æstiuum.) Nempe plus minus auferendi sanguinis alia quædam scopi esse dicta sunt, sicuti & anni tēpus: auxilij vero huius, affectionis natura. Dioscorides nō æstiuum anni tempus scripsit, sed vernuz, virtutis exolutionem æstate adfuturā suspicatus, hyeme vero affectioni refrigerationem. Vulgariter autē & inepte admodū panes calidos ex vino nigro & oleo ei cui sanguis est detractus exhibet, scopum quidē verum roborandæ virtutis hīs, vt exercitationum patientijs sufficere possit. Sed materiā scopo dignam non inueni. Vinū etenim nigruz, sanguinē plurimū generat, sed tm̄ vt & supfluus sit, & melancholicus fiat. Ve℞ huic melius ē vinū dare fuluū

tenue q̄dem substantia, vt vrinas moueat: sed non ætate nouũ, quo mõ sane multis ꝯtingit. Vinoꝝ eteni nouoꝝ nullũ est fuluũ, sed vel albũ, vel rubrũ, vel nigrũ: vetustate autē fiunt & fulua & flaua. Atqui quāminimũ bibere, & quāplurimũ laborare rectissime ē dictum. Nēpe talis viuendi modus, calfa: it & siccat. Suillæ carnes si quo dcm̃ est mõ edātur, florentibus ætate, & ualidis, dari pñt. Cæteroꝝ aũt nullus eas probe coquere põt: utpote qui iã ꝑpe est ut caloris natiui patiatur extinctionem. Melius ergo ita affectis dare quę probe coquent.

122

Qui uentrem inferiorē calidũ habent, subeũtq; acres deiectiones & inęquales, hi a colliquatione id patiuntur: qui si ualentes fuerint, reuelles helleboro albo: si nõ, cremorē tritici frumentacei crassum, frigidũq; dabis, & quod ex lente etnos conficitur, panēq; subcineritiũ: & pisces febrientibus quidē eli

xos,nō febriētibus uero aſſos. Vinum præterea haudquaquā febrientibus nigrum dabis. Alijs uero aquā aut a meſpilis,aut myrtis,aut materialis, aut ſorbis,aut palmulis, aut uitium œnanthe.

Excrementa his ob inuſtionem nō ob colliquationem ſubire proprie magis dixiſſet. Nam colliquatio in eo fit abſumpta contabefactaq; pp febrem moroſam vel piguedine vel molli carne. Inuſtio vō in ventre oritur pp acrē eoꝝ quæ ingeſta ſunt caliditatem, ob quā & febrire contingit. Helleboꝝ præterea huic album exhibet. quod īdicauit per hoc verbum ἀντισπᾶσαι, ideſt reuellere. nempe per ventrem ſuperiorem. Si vero æger quauis ex cauſa nō poſſit helleborum adſumere, viceritq; acrimonia, pocula dare iubet tū aſtringentia tum refrigerantia. Adijcit autē edulijs & quę aſſiccare poſſunt, veluti panes ſubcineritios, atq; aſſos piſces. His ita & non ſine ratione enunciatis, quénam ventrem inferiorem dicat, eſt

contẽplandum. Veteres. n. thoracẽ in terdum ventrem superiorem appellãtes, alimenti receptaculum oẽ quod a septo transuerso est, ventrem inferiorẽ noĩant. Interdum autem ventrem superiorem appellãtes in quem cibi adsumuntur, quæ ab eo sunt omnia ventrem inferiorem vocitant. Interdũ quoq; & sola quæ crassiora sunt intestina. Sunt qui colon dũtaxat ventrem inferiorem vocant. Forsan igitur quæsiuimus quãnam vel quasnam ex prædictis particulis probabilius in præsentiarũ intelligere sperabamus, si effatu dignum quippiam percæpturi eramus. Sed qm̃ hoꝝ inuentio nihil nos admonet magis quam ea quæ ipsi & scimus & discernimus, quod nõnulla quidem recte dicta sunt, nonnulla vero nõ, cognitionisq; curiositatem magis quã cõmoditatẽ habent, melius est cito relinquere, & potissimum cum huiusmodi liber Hippocratis legitimus nõ sit. 113

Si vero febris non fuerit, vexẽt que

tormina, primum quidem lactis asinini calidi pauxillum, deinde sensim paulatimque plus bibat, & lini semen, & triticeam polentam mixta hordeacea & sparsa adempto amaro faba ægyptia, vel oua semicocta edat assa, et similam et milium, & chōdrum ex lacte coctū. Cocta hæc & refrigerata edat, atque his similia tū pocula, tū edulia ingerat.

Quamplurimi exponentium conuenientius hæc cum prædictis componunt, præsentem sermonem adhuc de his qui calidum habent ventrez inferiorem fieri existimantes. Alij paucíq; separant, & seorsum exponunt, scopusq; his est vt interdum quidem cacochymiam expurgent, interdum vero & cōtemperent infrenentq; Interdūq; reficcent, & interdum refrigerent. Lac ergo asininum expurgare potest & contemperare. Lini semen tum siccare tum refrigerare. Quæ autem ex tritico confi

ciuntur polentæ, contēperant. quibus non perperam remiſcentur hordeaceę, vtpote quæ ſiccent & refrigerent. Fabę ægyptiæ mediocriter refrigerare pn̄t. Oua autem & ſimila & chondrus, craſſi ſunt ſucci & boni, & humorum acrimoniam infrenant. Siccat autē in edulio milium quo refrigerat modo. Omnia hæc frigida exhibet propter humorum qui affectum procreant tum acrimoniam, tum caliditatem. 114

Eius medicinæ partis quæ victui medetur, maximum eſt febrium tum intentiones, tum declinationes, non in acutis modo, uerum quoque et in longis obſeruare, ut tempora quibus cibi offerendi non ſunt: & tuto, & quibus offerendi exiſtunt, cognoſcas, atque adhuc quando plurimum ab intentione aberint.

Artis cibor̄ exhibendor̄ maximū eſſe ait particulare cibi porrigendi tempus noſſe. ſcopumq; vnū ait, quod ſcʒ tēpus illud quo cibus exhiberi debet

quamplurimum absit ab febris inten-
tione, quã ἐπίτασιν dicit, accessiones
principium intelligens. Id autem non
in diuturnis solum sed quoq; in acutis
verum esse videtur. Sed quare longis
in morbis adiecit? Nempe quod in his
magis & forsan solis euidẽs sit scopus.
In acutis etenĩ morbis deprehensa in
pedibus caliditas, cibi tempestiue offe
rendi signum sufficiens fuit. Nõ tamẽ
in longis ita nutrire oportet, sed melior
declinationis pars est expectanda, qđ
in acutis haud quaquam est expectan
dum timore cito futuræ accessionis.
Sunt qui dictionem hanc ita scribant.
(Eius medicinæ partis quæ victa me-
detur, maximum est vt in acutis ita &
in longis obseruare & scire quando ci-
bum dare oporteat.) Alij finẽ dictio
nis ita scribunt. (Atq; adhuc cum plu-
rimum a febris accessione aberunt sci-
re oportet.) vt præter cætera quę nos in
ægro contemplari voluit, & id admo-
neat. Quod si quis pquirit, & non par
ticulari tempestiue cibandi inuentioni

copulat, id importunum esse de alimo
nia pceptū atq; re nulla dignū vr. 115

Cognoscere aūt & eos oportet qui capite dolent uel ob exercitationes, uel cursum uel iter, uel uenatum uel quem uis aliū importunū laborē uel uenerea. Decolores itē, raucos, lienosos, exāgues spirituosos, sicce tussientes, siticulosos, flatuosos, et uenarū itercæptiones. Huc adde quibus extenta sunt tum hypochō dria, tū dorsum, tum latera, torpentes, obscure uidentes, eos quibus aurium tin nitus est molestus, eos qui urinas non cō tinent, morbo laborantes regio, quorum uenter cruda egerit, sanguinem e naribus uel sede uehementer profundentes, inflatos, & quos uehemens labor infestat. Nulli etenim horum nisi superuicerint, medicamētum exhibebis. Nam periculo ægrū expones, nihilque iuuabis,

ſpontaneaſque tum permutationes, tum indicationes adimes.

Quod inordinate & præparationis ad cōmentationem modo omnia hoc in libro ſcripta ſint, cuiuis patere arbitror. Multa ſane vt dixi in hoc bene dicta ſunt, ob quæ ad ea quę dicta ſunt, non recte quidam animo & ſtudio incubuerunt, magiſq; qui ſibi cōſcij fuerunt veluti diſcretoria eorum quæ ſcribuntur ſcientia carentes. Quæ ergo hac in dictione dicuntur, catalogū habent eorum qui vt medicationem recipiant idonei non ſunt. καθαίρεσθαι autem, id eſt purgari, & φαρμακεύεσθαι. i. medicamento purgante vtidem ſignificant. vt φαρμακεύειν & καθαίρειν. Videamus ergo quibuſnam ab initio purgationem interdicat. Capite dolentes recenſet, vel ob exercitationes vel alium queuis importunum laborem. ſummatim eos intelligens qui ex intē peſtiuis laboribus capite dolent haud quaquam expurgandos. Labores au-

tem intempestiui importuniq; omni-
no sunt quos præsens hoc tēpore cor-
poris affectio ferre non potest. Admo
nebo autem tete in præsentiarum rei
quæ ad multa est vtilis, quam semper
in memoria haberi velim. Corpore igi
tur nostro ad morbosam affectionem
parato ita vt prope completa sit, exter
num quippiam obueniens eam affe-
ctionem manifestauit, febrem videli-
cet accendens vel capitis dolorem, vel
catarrhū vel tussim excitans, vel aliud
quod tale sit. Deinde ex eo continen-
ter ad morbosam affectionis præpara-
tionez non sine periculo languent. ne-
q; cursu morbum excitante vel vehe-
menti omnino motione, vt neq; intē-
perantia vel refrigeratiōe, vel alia qua
uis simili causa. Nihil etenim horum
suapte natura vehementem generare
languorem potest. Naz si febris ab ho
rum aliquo fiat, hæc ex diariarum ge-
nere erit: aut si symptoma aliquod ali-
ud generetur, id sæpius pauco edura-
bit interuallo. Et sane vt retuli pp cor
pora

poris dispositionem vnumquodq; ho
rum non morbi causa, sed πρόφασις, id
est occasio redditur. Nam huiusmodi
causas proprijssime quis appellauerit
προφάσεις non simpliciter euidenter &
manifestas. vt hic sæpius vocare cōsue
uerunt, cum ab aliqua manifestarum
causarum noxa in corpore euidēs fue
rit. Si enim nulla alia corporis dispositio adfuerit, neq; morbus effatu dign⁹
subsequetur. eiusq; quod in corpore fit
detrimenti quod ipsum fecit, causa ē.
Scieueris itaq; hoc ī loco de his agi causis quæ non sua ratione corpori adferunt detrimentum. Summa autem ho
rum est vna quidem & prima labores
varii & particulares. cursus scilicet, luctæ, pancratia, venerea, fricatio, æstuatio, frigus, vigilia, ira, mœror, & timor.
Venereorum quidem meminit, veruꝫ
cætera subticuit, quāquam virtute eadem prædicta forent. Nam quæ vt dictum est spiritum perturbant, ea purgatione non egent, q̄ꝫ morbus 1 mōi
a cacochymia p̄ctus non fit, ab his au

tem digressus inditijs author quos pri⁹ dixit declarauit. Proprie aũt ἄχροος, id est decolores λειφαίμος. i. sanguine carentes vocãt, eosq́ qui corpus aliter q̃ ſm naturam sit affectum, habent, κακόχροος. i. mali coloris appellant. Hi ergo decolores calfieri expostulant tum exercitationibus tum vini facultate calidi potu, & cibis qui talem obtineant facultatem. Raucos deinde subiungit. Nempe & hoꝝ humiditatem & frigiditatem ob delapsum ad guttur rheuma sanare cõuenit, exiccatis. s. topicoꝝ auxiliorum vsu tum capite tum cæteris q̃ affecta sunt membris. Præterea & lienosos purgatione haud quaquã egere inquit, quod non recte dictum arbitror, cum lienosis si alijs quibusdã purganda sint quæ nigra existũt. Post lienosos meminit λειφαίμων, id est eorũ qui sanguinis inopiam habent, etsi nõ aperte manifesteq́ fuerint decolores. Deinde mentionẽ de spirituosis facit, sicce tussientibus & siticulosis, obscure ita loquutus vt non constet vtrumne

inguli hoꝝ ſeorſum intelligendi veni-
int, an hi tres vna cõprehendendi. Ne
ꝗ adhuc in ſingulis hoꝝ ſeorſum intel
lectis perſpicuus eſt ſermo, vt & antea
iam eſt enuntiatum. Nempe πνευμα-
τώδεις, ideſt ſpirituoſos ſæpius eos dũ
taxat vocant, qui cum inſpirant, aeris
indigent. Interdum autem & inflatos,
quoꝝ vterq; multas hẽt cauſas, quas
oẽs ſi percurrero prolixior quã par ſit
ſermo eſt futurus, præter id quod qdã
ex his ſanguinis miſſionem exigere vi
dentur, alij purgationem, & remediũ,
aliud alij. *Sic* & ſicce tuſſientes non af-
fectione vna fiunt, neq; ſiticuloſi. Ne-
q; etiã in præſentiaꝝ certiores fieri poſ
ſumus anne de febrientibus ſiticuloſis
ſermo ſit, an de non febrientibus, an de
vtriſq;. Quod ſi vnius hoꝝ q̃ in apho-
riſmis recẽſentur, meminerimus, quod
vniuerſale eſt tolletur. Dictum autẽ in
aphoriſmis. (Si non febrienti inappetẽ
tia fuerit, oris ventriculi morſus, tenebri
coſa vertigo, & oris amaror, id per ſupe
riora purgatione indigere ſignificat.

Si autem os amaricat siticulosi sunt. Pari modo & quinam flatuosi ab ipso dñr haud scio, si videlicet cum venarum interceptione flatuosi effecti intelligendi sunt, cum adsint nonnulli qui per se legant. atq; adeo singula dictionis huius possem transmutare, possemq; omnia quę cognoscere vtile sit citra librorum multitudinem docere, veluti & de his quæ deinceps dicũtur. Ait. n. (Quibus extenta sunt tum hypochõdria tum dorsum tum latera, torpẽtes, obscure videntes, eos quibus aurium tinnitus est molestus, & qui vrinas nõ continent.) Nempe in singulis his pathematis & causæ & affectiones sunt multæ, varijsq; egentes curationibus. Quarum ꝑfecto nonnullæ eam quę per bilis eductoriũ medicamentũ fiat, purgationem expostulabũt. De his ergo omnibus, atq; adhuc de his quæ deinceps dñr, non enuntiationes indistinctas, sed distinctiones doctrinasq; tum claras, tum longo rerum vsu ꝓbatas habes in nostris tractationibus : quas g

ntellexerit, omnia q̃ ab authore hoc recitanẽ discernere valebit. Atq; si partis meminerit quam & legitimam & commodæ doctrinæ plenam fassi sumus. In ea siquidem parte cum demõstratione & explanatione congruentibusq; distinctionibus scripta sunt oĩa. Sed quæ ita disseminata sunt vt p̃sens oratio, nihil iuuare possunt. Nempe si quis nunc singula horuʒ simpliciter & indistincte audierit, is multa aduersus artem perperaʒ molietur. Quod si singula vt oportet distinxerit, primum quidem nihil in præsentiarum ad eorum inuentioneʒ iuuari deprehendetur, de inde ad eam quę de pręsentibus sit cõtemplationem multis egere libris videbitur. Nec vero plerisq; hoĩum suadendum est vt aggrediantur quidem sola ea scripta quæ manifesta sunt, ea autẽ relinquát quæ talia non sunt. Nempe si nullam nobis illi cognoscendi quæ scripserunt commentationem fecerũt, vt & nos haud quaquam diligẽter adhæreamus ea quæ dicuntur tum quæ

rentes tum diuinantes par est. 115

Si cuipiam sanguinem auferre confert, vētrem confirmare oportet, & ita auferre, mox inediam præcipere, & vinum tollere. Deinde congruenti victu & fotibus & infusionibus reliquam curationem absoluere.

Fluente aluo sanguinē non detrahes. Nam si post detractionem perseuerat fluor, virtutem prosternit. Inediā autem pręcipere quibus detractus fuerit sanguis & vinum tollere recte dictū est, vt & congruo vti victu, sed fotibus & infusionibus curare si de omnibus quidē quibus sublatus fuerit sanguis dicatur id falsum est. si vero de aliquibus, dicere oportuit. 116.

Si vero venter densus astrictusq́ tibi videatur, mollē huic adhibe clysterē.

Dignum conscriptione quod omnibus pateat, hoc non est.

Quod si medicamento opus sit, hel

leboro tute sursum expurga. Deorsum vero talium neminem.

Tāquam ægritudinem prædixerit, in qua hæc fieri iubet sermonem facit· tametsi nihil prædixerit. Vel ergo exēpta est quædam oratio in qua ostendēbatur ægritudo, vel obliuiosus fuit qui hæc scripsit. vel talis qualis ab antiq̃s appellatur μετέωρος, id est nondū fixo animo, sed suspensus. 118.

Optimum autem est si vrine cieant, sudores prouocentur, inambulent, & tranquille ita sese perfricent, vt non dēsiorē reddant habitum. Quod si in lecto iacuerint perfricent eum alij.

Scripsit quoq; & hæc ita tanquam ægritudinem prædixerit. 119.

Et si in thorace supra septum transuersum ĩfestet affectio, resideat frequētius qui afficit, minimeq; reclinent donec vires valeant. sedentēq; calido multo diu refricent. Si vero dolor ventrem

inferiorẽ subsepto trãsuerso ĩfestat iace at, is (cõuenit enĩ) nulloq́ pacto corpus moueatur, seclusa etiã fricatione omni.

Oratione ex hac quis coniecerit tũ hæc tum quæ ea p̃cedunt oĩa de dolo ribus scripta esse. Prætermissa igitur p̃n cipio dictionis sunt hæc peccante primo libri huius scriptore & manẽte postea peccato. Quamobrẽ fieri non potest vt quispiam in his veritatez perue stiget, etsi plus quam temere in huiusmodi tp̃s conterere videamur. 120.

Quæ autem ex ventre inferiore soluuntur tum per vrinas, tum per sudores, se mediocriter ꝑ se delabuntur, quæ parua sunt soluuntur vehementia vero pernitiosa sunt. Nempe tales vel intere unt, vel non sine malis alijs sanescunt. Nam eiusmodi conferri solent.

Per talem quoq; dictionẽ conijcere licet de dolorum curatione omnia quę ab ipso ante scripta sunt, dicta eẽ. 121

Poculum hydropi. Cãtharides tres

abiectis singularum tum capite tum pedibus tum alis, in cyathis aquæ tribus terantur, atq; cum bibens laborauerit, calido perfundatur, vngatur prius. Ieiunus bibat, & panes calidos ex oleo vel pinguedine edat.

Quidam dictionis huius mentem haudquaq; intelligens audax medicus prædictas partes a cantharidibus abiecit, deditq; hydropi. cui cũ a primo die abscessus in sura cõparuisset, post tres alios dies sectus ẽ, effusaq; copiosa aq̃. curatus esse visus est, qd̃ pars tumoris præter naturam plurima statim ad moderationem redacta sit, verũtamen nõ multis post diebus obijt. Quam ob causam medico quidaz crimen ingessit perperam data esse cantharidũ corpora inquiens. Nẽpe propinanda ablatis corporibus tum caput, tuz pedes, tũ alas, idq; esse quod in dictione enũtiaretur. Quare non cũctatus audax ille medicus hydropi alteri ita ꝓpinauit, moxq; facto similiter in femore ab

scessu, sectoq; multis post diebus hominem mori contigit. q̄;q̄; vrinarum ꝓuocatorio medicamēto ex cantharidibus confecto quidam citra bibentium incōmodum vsi sint. 122

Sanguinem supprimentia, quæ Græci ἴσχαιμα dicunt. Fici succum lana susceptū intus ad uenā appone, uel coagulū iuolutū ad nares immitte, uel chalcitidē digito ante tractā preme, cartilaginesq; utrinq; & foris cōprime, uentrem lacte asinæ cocto solue, caputq; rade, & astringentia, si calidum anni tēpus fuerit, exhibe. Sesamoides superiorem uentrem purgat sesquidrachmæ pondere in oxymelite tritū & potui datū. Miscetur autem ueratris ita ut tertiam efficiat partem. Nempe id hoc pacto minus suffocat.

Ad trichωsin.

Filū ubi acui foramē hn̄ti subieceris,

cęsioreq́ atq́ acuminatã supra tensę palpebrę partẽ ad inferiorẽ usq́ traie ceris, qđ supius ẽ inferiori liga, fila aũt extendens cõsue & colliga donec deci= derit. Et si satis quidẽ fuerit bene cedat si nõ, deficitq́ aliquid, hæc reficæ. Hæ= morrhoidas modo simili persequeris. Nam acui crassissimũ lanæ pinguis fi= lum &, quãmaximũ colligabis. secu– rior etenim est huiusmodi curatio. De= inde cõprimes, & contabefaciente ute= ris medicamento, neq́ prius quã deci= derit perfundes. unãq́ perpetuo relin= ques. & postea purgabis helleboro. Exercitetur deinde & sudet, & mane multũ perfricetur. A cursu contineat, & crapula, & ab acribus, excepto ori= gano. Vomat septem diebus aut ter in mense. Nam hoc pacto optime corpus habebit. Vinum fuluũ bibat, austerũ &

aquosum & paucum. Purulentis disse-
ctos scyllæ orbiculos in aqua excoque.
aquãq; ualde feruefactã effunde, aliãq;
infunde & coque ita ut tangenti per co
ctũ & molle appareat. Deinde ubi tri-
ueris cyminum frictum misce, sesamaq;
alba & recẽtes quæ tritæ sint amigda-
las, atq; ex melle eclegma facito, datoq;
Post hæc uinũ bibat dulce, papauerisq;
albi triti lyciscĩũ aqua perfusum & cũ
frumentacea farina melleq; coctum te-
pidumq; sorbeat. Sicq; diem trãsigat.
Deinde ad ea quę contingunt respiciẽs
cœnam dato.

Ad dysenteriam.

Fabarum purarum quadrantem ac-
cipe, surculosq; rubię duodecim imisce,
atq; abundanter excoque, deinde delin
gendum porrige.

Ad oculos.

Cinerem lottũ abundanterq; maceratũ vt pinguedinẽ nõ liquidã leuẽq; teres, acerbo ỹ, vuę acerbę amaręq; ſucco humectabis. in ſole deſiccabis. humectare enim oportet vt non ſolutu facilis ſit. cũ autem ſiccus factus fuerit, leui, trito, & ſicco perunge oculos, & angulos conſperge.

Ad Humentia.

Ebeni drachmam, æris vſti obolos nouem: & croci obolos tres in cote tere quæ vbi triueris, vini dulcis cotulã atticam infunde. Deinde ſoli expone. cõtege. atq; vbi concoctũ fuerit, eo vtere.

Ad dolores.

Chalcitidis drachmã vuæ expreſſę partes duas, myrrham crocũq; tere, muſtũ permiſce. In ſole excoque, & eo dolentes oculos perunge. ſit autem in vaſe id æneo.

Quonāmodo vuluę strangulatio cognoscatur.

Digitis duobus comprime, si sentit ea est. si non, conuulsio est.

Ad Hydropicos.

Meconij, id est peplij rotundi lecytium atticum.

Potio.

Lepidos, id est squammæ melę tres latitudine cum farina triticea adglutinētur, teranturq́; & in catapotia conuoluantur, dentur q́.

Vt venter infra purgetur, & a stercore mundetur.

In caricas singulas tithymalli guttas septem etiam pueris instilla. Deinde in vase nouo cōpone concinnaq́ & adserua, atq́ ante cibum exhibe. Aliud. Meconium tere, aquam infunde & pcola, farinam macera, itrium coq́, mel coctū

infunde, & edendum hydropi exhibe. bibendumq; vinum dulce aquosum, vel dilutam mulsam porrige. Quod ab excrementis meconium colligis adserua, & cura.

Liber hic ex his plane ostenditur cõmentarius esse varijs mixtisq; constans theorematis, q̄ in eo incõposite inordinateq; ab alijs ĩ alia fiat trãsitus. q̃uo & hic in ea q̄ per nares fit sanguinis ꝓfusione scripta sunt auxilia. Nẽpe alia parti ipsi quæ sanguinẽ ꝓfundit exhibent, alia reuellũt, vt alui solutio. Alia caput addensant astringũtq; vt refrigerantia. Quæ deinceps sunt, oĩa medicamentorũ scriptiones hñt, & quædaʒ cõmixta auxilia. De appellato igitur sesamo sermonẽ in primis facit. Mox piloꝝ in palpebris manualẽ opationẽ scribit, quã ἀναβρογχισμὸν appellant. Pari modo & hemorrhoidων, alteriusq; eaꝝ sanationis meminit. Postea purulentoꝝ tum medicamenta tum sorbitiones scripsit, atq; ab his cõpositiones

eoꝝ quæ ad oculos deputata sunt medicamentoꝝ. Præterea de strangulationis vuluæ dignotione egit. mox de meconio. Postea de aquæ eductorio medicamento, & subinde fecis. Et demuz hydericis de meconio & itrijs exhibet. sunt autem eoꝝ quæ serie ꝯtinuata dicta sunt plurima quidē manifesta, alia nequaquaz manifesta sunt, de quibus deinceps faciam sermonem.

Commentarij quarti & vltimi finis.

GALENI IN LIBRUM HIPPOCRATIS de natura humana Commentarius, Hermanno Cruſerio Campenſi interprete.



Cripſi oliʒ de elementis ex ſententia Hippocratis commentarium, queʒ cuidaʒ, quo familiariter vtebar, peregre proficiſcenti commiſi, ad illius me cognitionem aggregans. Quę igitur plane cognouiſſe illum ꝑſpexeram neq; in capite libri demonſtraui: neq; memini. quod tñ, vbi omnibus ex ęquo qui in librum incident, ſcribo, ſum obſeruare ſolitus. Qui cuʒ haud ſcio quo pacto in vulgus prodijſſet, alium præterea non duxi componendum. & in librum de humana natura enarrationem hac diſtuli gratia:

quod oĩa quæ ad eam attinebant di-
ſputationem, in illo ante edito cõmen
tario, quem de elementis ſm Hippo-
cratem inſcripſi, apte declaraui. Nunc
igitur, poſteaquã familiares a me mei
obtinere ipſi' quoq; Hippocratis enar
rationem inſtiterunt, non tñ vt ea, q̃
dogma requirit (id quod in cõmenta-
rio illo priori feceram) ſed omnia ordi
ne declararem: auſpicans enarrare, illa
prædicaꝫ, quę in libri de elementis ſm
Hippocrateꝫ principio ꝑtermiſi: quod
ea certus eſſem, amicum non fugere.
Vnum igitur quidem & primum ve-
nit dicenduꝫ, qd Naturæ vocabulo de
noterur: a quo veteꝝ Philoſophoꝝ nõ
nulli cognomẽ ducentes, Phyſici, id ẽ
naturales ſunt appellati. quoꝝ de Na-
tura relictos libros ſi euoluerimus, qd
cauſæ ſit, cur iſthuc dicaꝫ, pſpiciemus.
Explicare.n.illos primam ſubſtantiaꝫ,
cuiuſmodi ſit, dixeritis: quam non ge-
nitam, ſed eſſe perpetuam autumant,
corporibus quæ ad generationem vel
internetionem nata ſunt ſubiectã om

ibus: Deinde quæ sua ratione suppe
unt, cuilibet eoꝝ, que generantur inte
euntq;: quæ vbi cognoueris: eoꝝ quo
ꝗ; cognitio consequitur, quæ non sua
atione singulis separatim substantijs
accidunt. Qua ratione absoluitur do-
ctrina de vniuscuiusq; rei natura, si q-
dem eoꝝ q̃ rei cuipiam insunt vnum
aut alteꝝ recenseas: ita. n. fere loquun-
tur homines, vbi de rei natura aliquẽ
habent sermonẽ. Qđ & Poeta fecit, q
primo cũ dixisset. Home. Odi. κ

Sic ait interpres diuũ ꝓbetq; medelam
De terra euulsã, tũ nãm mihi mõstrat,
Mox subiungit.
Nigra illa radix, et cui flos lacteus eẽt.

Hoc pacto q de herbis scribunt, aut
oĩno qui de plantis, clare sensilem eo-
rum docent naturam, quale vnũquod
q; sit, si tangas, gustes, olfacias, & vide-
as, explicantes, quam porro vim, vbi
aut intra corpus assumas, aut foris ap-
plices. In his enim rerum omnium sen
silis natura constat. At uero alia est his

ſuperior, & prima, cuius cum ego antē memini, tum Plato eum uult tenere, qui quicquam uia parat, & ratione tractare: cuius tibi ꝟba adſcribā. Quid? tu animæ (inquit) naturam probe abſq; vniuerſi natura aſſequi te poſſe exiſtimas? Quin (ſiquid Hippocrati credimus Aſclepiadę) ne de corpore quidem citra hanc rationem. Recte ille q dem. Amice: faciundum tñ eſt, vt ad Hippocratez expendamus diſputationem, conſideremuſq;, num conſentiat illi. Recte. Quid igitur dicit Hippocrates, & veritas? num ſic? Operæpreciuz eſt rei cuiuſlibet naturam conſiderare: Primū, ſimplex ne ſit, an multiformis, cuius nobis comparare ſcientiam volumus, & eam facultatem, vt alijs illaz tradere poſſimus. Deīde ſimplex ſi ſit, aīaduertenda illius facultas eſt, ecquaz ad actionem habeat, aut ad paſſionē, comparatam. At multas ſi formas habeat, his enumeratis, quod in vna, hoc in vnaquaq; videndum: ad quid. ſ. faciundum ſit, aut ad patiendum ab ali

quo nata. Habes Platonis ex Phædro verba, quæ naturæ significationez docent, & quana est ratione & via ipsius contemplanda substantia. Huiusmodi vero libros illos omnes, quibus veteres Philosophi de Natura titulum fecerunt, comperies, Empedocles. s. Parmenides. Melissus, Almeon, Heraclitus. Sunt qui non vnum modo, sed plures huius conscripserunt cōmentationis libros: Aliqui etiam permultos: vt Epicurus: qui perinde vt alij initio inuestigat, vnumne & simplex sit, cuius inuenire naturam conamur, an ex aliqbus se prioribus, simplicibus compositū: quæ veterum illoꝝ successoribus elementa vocare solenne fuit. Grāmaticoꝝ exemplo, in Voce vigiti quatuor constituentium elementa, hoc est, simplices & primas particulas, quas in alias nō diuidas amplius, sicut syllabas: Quippe de hac syllaba stra, si primuz detrahas elementuz s, nihilominus seruare etiānum syllabam tra integrum est. Itidem si rursus a tra primam aufe

ras literam t,id quod huius reliquũ eſt, puta ra,diuidas licet,at tibi diuidundę literæ a poteſtas amplius nõ datur: neq; illam duabus tribuſue ſonis conſtare,quod aliis multis vſu venit,cómonſtres: veꝝ eſt eius indiuiſus ſonus, non quantitate ſimpl'r(vt alibi cũ nos ꝓbauimus,tum vero alioꝝ Philoſophoꝝ non paruus numerus) ſed ſola ſpecie. Sic & qui quatuor elementa corporũ, quæ generatione & internetione tenẽtur,dicunt aerem eſſe,ignem terram,& aquam, quod in alia amplius partiri horum ſingula nequeant : id in cauſa eſt,quam ob rem naturalis commentationis hæc conſtituant principia. Eſt enim prima corporum notio, minimorum in quantitate: quam excipit altera in qualitate: vti in Vocis elementis planũ fecimus. Vnde exiſtit inter Phyſicos & Philoſophos contentio : cum alij corporum quæ generantur & intereunt elementa particulas cõſtituerint quantitate minimas,alij qualitate. Verum libro primo de medicis vocabulis,

quatenus ad dictionis elementi signi
ficationem interest, nihil est relictum:
quemadmodum de Naturæ significa
to, in quinto. Nos aūt in præsenti nec
appellationes, nec significationes, sed
ipsas spectamus res, ex quib⁹ minimis
siue magnitudine, siue specie, prima ef
ficitur corporum genitorum composi
tio: quæ Aristoteles & nos similaria
vocamus. Ex his altera nascitur corpo
rum compositio, quæ instrumentalia
appellam⁹: vt manus, cruris, oculi, lin
guæ, pulmonis, cordis, iecinoris, sple-
nis, renum, ventris, vteri, & id genus re
liquorum conflata enim est huiusmo
di instrumentorum natura ex primis
& similiaribus, quæ Plato πρωτόγονα
hoc est, primogenia appellare consue-
uit. De horum differentijs vno iam vo
lumine disputauim⁹. Sed quo euadat
illustrior clariorq; hęc institutio, paucis
etiam nunc de his dicam. Similare os
est, atq; cartilago, & ligamentum: simi
laris autem membrana, adeps, caro ēt
illa, quæ musculorum fibras, quæ itē

ſunt ſimilares,inueſtit: tum quæ in vi-
ſceribus eſt.quod παρέγχυμα,hoc eſt
adfuſionem vocare Eraſiſtratus ſolet.
Declarauimus autem operis eius quo
medendi methodum,cuiuſmodi eſſet,
demonſtrauimus,initio: vt via indica-
tionis cures ſimilaria corpora,fieri non
poſſe,niſi cognoſcas,vnũquodq; eoꝝ
ſitne ſimplex,an ex pluribus compoſi
tum: Præterea, vtrum per ſe tota ſint
commixta,an modo ſeſe attingãt. Ad
hæc de Philoſophis nonnullos docui-
mus,cuius eſt ordinis Eraſiſtratus, ſe-
mirationales eſſe: qui cum partiũ mor
bis inſtrumentalium ratione medean-
tur,ſimilariuꝫ morbos aut ſemel repu-
diant,aut experientia curant. Plurimi
etiam iſtorum,quid inter inſtrumenta
lium interſit & ſimilariũ morbos,igno
rant: ſicut & de numero ambigũt vtro
rumq;. Vos vero Amici vnum habetis
meorum cõmentariorum de morboꝝ
differentijs: habetis autem & de medi-
camentis non paruum volumen, quã
medendi Methodũ inſcripſi. ſed q̃rũt

hæc & alia, de nostri corporis natura declarationem, quę hoc docetur libro. Quo magis istos mireris qui libruȝ de humana natura Hippocratis non esse germanum existimant, cæteruȝ: vt vocare ipsi solent, adulterinuȝ: quibus ea imposuerunt, quæ in hunc librum irrepserunt suppostititia: de quibus in his cōmentarijs plura verba faciam. Nunc quæ germanus Hippocratis liber, quę item adulterinus continet, commemorasse sufficiet: quæ ad verbum sic habent. Prima huius libri pars quę vnum librum constituit, ad ducentos quadraginta versus protenditur. atq; hæc ex calido ostendit, & frigido, sicco, & humido animantium esse genita corpora: simulq; docet de humoruȝ natura. Proxima hanc pars varia est. nam huius primum caput morbos distinguit, quos erraticos vocant, a passim grassantibus & pestilentibus: propriamq; generis vtriusq; curationem in vniuersum indicat. Quæ sequitur, venarum dissectionem explicat. Postea de mor

bis varia tradit. De hinc salubris est diæta vulgo scripta. Sub hoc corpulentissimos qua ratione extenues, aut gracillimos corpulentos reddas. Posthæc de vomitibus agit. Per deinde breuis diæte puerorum præscriptio, mox & mulierum, postea exercitia subeuntium. Postremo ad finem est de cerebri morbis per versus circiter decē, temere nulloq; iudicio adiectum. Quare haud ē obscurum, librum hunc totum ex multis esse instructum & conflatuȝ, ad versus fere sexcentos, aut paulo minus productum: cuius primum caput. vbi de elementis tractat, & humoribus, artem prorsus Hippocratis præ se fert. Secundū item, quod ab erraticis grassanteis passim morbos discernit. At illud de venarum dissectione, quod suppositum esse clarissime tenetur, vitiosum est vniuersum. Nam nec ijs constat, quæ apertissima sunt, & cū ijs, q̄ in scdo de morbis passim grassantibus dicta sunt, pugnat. Eorum quę sequuntur, quædam sunt irreptitia: de quibus,

cum tibi librum interpretabimur, sedulo cognoscemus: Quædam vero preclara sunt, & paucis verbis commode dicta, & cum Hippocratis arte coniuncta: vt quæ de salubri sunt dieta dispu tata. Hæ tibi libri huius partes: Cuius quidem pars prima totius habet Hippocraticæ artis veluti crepidam. Vnde me quosdam demirari testabar, q eam alienam ab Hippocratis sensu contendunt: cum illorum, quibus est perspecta ars Hippocratis, maxima pars hũc referat librum in numerum legitimoꝝ, magni esse Hippocratis censens. nonnulli eius esse discipuli, simul & in iuuenibus instituendis successoris Polybi, quem in nullo videas suo libro ab Hippocratis placitis latum discedere digitum: vti nec eius filium Thessaluz, Dij immortales quem hunc quoq; virum: qui tamen in patria, sicut Polybus, non exegit suam ætatem. erat eniz Regi Macedonię Archelao familiaris. Ergo alii, vt dixi, Medici, demptis paucis, prope omnes Hippocratis esse de

humana natura librum crediderunt: adeoq; nec clam id Platonem fuit: qui in Phædro ſcribit id, quod duduз ante oculos propoſui eulogium, cuius eſt initium. Quid? tu animæ, inquit, naturam probe abſq; vniuerſi natura te aſſequi poſſe exiſtimas? Quin (ſiquid Hippocrati Aſclepiadæ credimus) ne de corpore quidem citra hanc viam & rationem. Hæc legiſſe temerarios iſtos nugatores oportuit, atq; in quo ſit libro Hippocratis hæc a Platone commendata ratio ſcripta conſiderare: neque enim niſi in hoc, quem in manibus habemus, de hominis natura libro inuenias vſquam: Deinde etiam alia ſingula, quorum meminit Plato, quæ ego in libris, quos de elementis ſecundum Hippocratem ſcripſi, docui: tum nunc vt declarem, accingor: quandoquidē ita ſtat ſententia. Atq; hoc etiam cum ſermoni adiecero, ad enarranda huius libri verba progrediar. Poſteaq; ille, quem de elementis ſecundū Hippocratem compoſueram, liber in pu-

blicum exiisset, viriq; eum literati omnes probauissent: certi homines studii humanitatis expertes, qui cum demō strationum illic scriptarum conuellere nullam valerēt, licet certe hoc egerant, inuidia rumpebantur, ac hoc esse ad calumnias factitandas satis duxerunt, volumen non esse Hippocratis. Age, non esto Hippocratis, nec ipsius Polybi, nec (si velint) esto scriptus vnquam de humana natura liber, ex calido, frigido, sicco, & humido corpora nostra demonstrans facta esse. vt vel hoc illis concedamus: hæc certe, ex his constare corpora nostra, Hippocratis est sententia. Siquidē in libris suis germanissimis, non solum vbi morborū tractat differentias, clarissime suis principiis cō stat. sed & hoc illi in remediorum est rationibus inueniēdis vestigium. Morbi enim eorum calore, frigiditate, humiditate, & siccitate inter sese distant. Curabis, si calidos refrigeres, humidos exicces: item si frigidos calfacias, siccos humectes. Præterea ante hæc, naturas

ipſas quæ in homine inſunt, alias calidas, alias frigidas, has humidas, illas ſiccas eſſe exiſtimat. Eodem modo ætates ac regiones eoſdemq; eſſe modos differentiarum cenſet: cum verbum de his nuſquam vllum Eraſiſtratus fecit, nec item alius illorum quiſquam, qui calorem acquiſititium eſſe, non inſitũ putant. Sic iam Hippocrates alia ſingula ad hæc principia reducit: qđ nõ tuetur Eraſiſtratus: quæ cauſa eſt, cur naturalium operum quædam minus inueſtiget: id quod in naturalium facultatum commentariis oſtendimus. Poſtquam vero ii, qui præclaris omnibus oblatrant, de libri queruntur longitudine, nihil minus ſcribere, quã cõmentarios nos iactantes: horũ eis conuitiorum materiam præcidere in animum induxi, alio ſeparatim volumine ſcribendo, in quo coniunctam eſſe vbiq; cum Hippocrate meam ſententiam demonſtrabo: tum vt ſcripſit in libro de humana natura, tũ ut in aliis omnibus libris. Neq; clam me eſt, ut fa

ciunt in omnibus quæ demonstratione confirmauimus, uerentes æmuli, q̃ laudibus omnes prosequuntur, uitupe rare: ubi aliquas reprehendo præcæptiones, de quibus cum ipsis conuenit: item ne nunc quidem eos ab ingenio suo recessisse. Nam in libris quos scribe re instituimus, his quidem uti Hippocratem elemẽtaribus scopis calido, frigido, sicco, & humido, id quod est, con firmabunt: non tamen eum recte sen tire. Posteaquam uero ex his cõponi nostra corpora demonstrat, non eam dicẽt Hippocratis sententiam esse, neq; enim Hippocratis librum eẽ de huma na natura, Itaq; ut illi nullum habent modum suæ malitiæ, ita nec nos, quæ singulis aliis commenariis prodidimus repetamus, ut illis subiiciamus: Neq; cum per omnes, quos reliquit libros Hippocrates, scientiam de inuentis ele mentis suæ arti subiecisse fundamentũ demonstramus, hoc negligant, de ueritate autem eorum questionem habe ant. Neq; cum de ueritate commenta

mur, uel demonstramus, confugiant ad sententiæ illius considerationem. Sed num uera sint quæ de elementis dicta sunt, saparatim quærant: priuatiꝫ item an hæc constituit elementa Hippocrates. Hæc igitur duo in questione uersantur: quorum prius cum in libro, quem de elementis secundum Hippocratem scripsi: tum in præsenti cognoscant. Iam uero hoc sequitur corrolarium, quod uiris non inconsultis prorsus hoc probatur, ubiq; suis illum, quæ posuit, elemētis consentire, præsentéq; conscripsisse librum.

Qui cōsueuit audire eos, qui de humana natura vltra quā Medicæ facultatis interest, disputant, huic certe hanc disputationem audire non ex vsu est. Neq; enim prorsus dico hominem aerē esse aut ignem, aut aquam, aut terrā, aut aliquid aliud: quod minime vnū in homine inesse manifesto appeat, Sed hæc quibus placet dicere, permitto.

Aegre

Aegre fieri videtur posse, vt qd his verbis interp̃tur auctor, plane assequaris, incusat. n. illos, qui longius, ac medicinæ ratio postulat, disputationem de natura abducunt. Longius abducere illos intelligas, qui ignem, aquam, aerem, & terram humanæ naturę esse elementa dicunt, si non misceant elementa. p̃terea illos, qui elementum vnum esse quiddam dicunt. Ad quorum prius imaginatio, quæ sese promptissime offert, nos impellit: quod si magis attendamus, ad p̃m accendimus. Nam siquis eos, qui ex igne, aere, aqua, & terra simul cõmixtis nostra corpora constituta esse existimant, conueniat: vt aquam in nobis, aut ignem, aut terrã, aut aerem ostendant: quod ni cõmonstrent, conuinci dicat: næ iniquam ille conditionem offerat. Quod perinde est, ac si in medicamento Tetrapharmaco meram tibi ceram ostẽdi, aut picem, aut adipem, aut resinam postules: si id quis non posset, non admissurus ex his illud esse cõpositum. Simul

enim cum quatuor miſceri dicuntur, nihil quoq; oſtenditur integrum ex illis eſſe. Vtrunq; igitur poſſumus in pſenti oratione intelligere. In iis vero, quæ poſthac dicentur, videtur ſm auctor cõſtituere. Immo ſi diligenter animum aduertas, ĩ his etiam ipſis verbis: cum dicit, Neq; enim aerem eſſe prorſus hominem. non hoc affirmat, quod non ſit prorſus in nobis aer: quemadmodum nec quod ignis, aut aqua, aut terra: ſed quod nõ prorſus (τοπαάμπαν Græci dicunt.) Hoc autem vocabulo non omnino ſignificatur, non autem nulla ex parte. Neq; enim res, qua de agitur, a dictione prorſus tollitur vniuerſa: cæterum quod in ea abſolutum eſt & immixtum, labefactatur. In qua etiã ſignificatione Homerus vſus hac dictione πάμπαν vř, apud quem eſt.

οὐδ᾽ ὅτι πάμπαν

ἤθελε λαὸν ὀλέσαι Ἀχαϊκὸν Ἰλιόθι πρὸ

ideſt, Non quia prorſus

Sub Troia voluit græcorũ pdere gẽtẽ.

Iam & ipſe Hippocrates, cum dicit:

Morborum acutorum nõ prorſus certæ ſunt prędictiones, neq; ſanitatis, neq; mortis. Iouem enim inquit Poeta ĩ Thetidis gratiam, magnam velle Græcorũ ſtragem edere, non delere tamen eos omnino. Hippocrates multas eſſe prædictiones firmas dicit, vt in commentariis in librum præſagiorum demonſtrauimus: at non omnes rectius intelligas, quod non minus ſequentia declarant, qui aerem humani corporis elementum eſſe ſolum volunt, non ire in hoꝝ ſententiam Hippocratem: ſicuti nec in illoꝝ, qui terram ſolam, aut aquam, aut ignem: cum non vnũ horum, ſed omnia ſint elementa. Rectius proinde etiam dictionem ad finem orationis, quãdo ambigua eſt in Amphibologiæ genere, quæ a diuiſione & compoſitione naſcitur, diuiſim legas: vbi ait, οὔτ᾽ ἄλλο οὐδὲν, ὅτι μὴ φανερὸν ἐστὶ ἓν ἐὸν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ, hoc eſt, neq; qd aliud: quoď minime vnũ in homine ineſſe appareat. Vbi ἓν ἐόν, non vt qui primam interpretationem

celebrant, opinantur, vna est orationis pars: quæ apud alios Græcos est dissyllaba, ἕνον: trisyllaba apud Iones, ἕνεον. sed orationis duæ sunt partes: prima, nomen monosyllabum vt cum numerando dicimus vnum, duo, tria: altera, quam nos ὄν, Iones εόν duabus exprimunt syllabis. Ostendemus namq; inferius, non his Hippocratem, quorum est ratio vnum quodq; quatuor elementorum in corpore contineri: sed illis reclamare, qui vnum de ijs hominis naturam esse putant. At qua ratione dices Medicinæ septa hæc oratio trāsilit, qua quidam vnumquodlibet elementum esse hominis naturam statuunt? quod hanc opinionem, vt ille ipse paulo post ait. hominem nunquam laborare e dolore seqtur: Quod etiaz si fatearis, vnum & quod medetur, esse sequitur. Cum vero tum quod doleat, tum quod curet esse multiplex videatur, falsam esse orationem veritas exprimit. Inspiciamus itaq; dictorum vnumquodq; in sequentibus clausu-

lis, quonam illa modo astruat. 2.

Neq; enim prorsus dico hominem aerem esse, aut ignem, aut aquam, aut terram, aut quid aliud: quod minime vnũ in homine inesse manifesto appareat. Sed hæc quibus placet dicere permitto.

Artemidorus, cui cognomen Capitoni fuit, Hippocratis libros edidit. quę editio, sicut illa propinqui sui Dioscoridis, non solum clara apud Imperatorem Hadrianum erat, verum etiam nunc a non parum multis satis probata. Horum vterq; multis corrigendis, antiquã illam, quam solam qui Hippocratis libros sunt interpretati, agnoscunt, scripturam immutarunt. Nam cum alia pleraq;, tum hanc nobis propositam orationẽ Capito mutauit, atq; ad hũc modum scripsit. Neq; enim in vniuersum aerem dico hominem esse, neq; ignem: neq; aquam. Hic posteaquam nullum inuenit viri antiqui librum, terram esse solam elementum dicentis, ac

ne apud eos quidem, qui eam opinionem magna vi ſuſtinuerunt, Peripateticos, quod ad huius opinionis faceret defenſionem, memoriæ proditũ: quandam dictionem impudenter immutã dam duxit. Præſtabat vero incuſare illos, qui ambitioſe inueſtigant, ecquis ille ſit, qui ſolam terram elementum eſſe arbitratur. Cui ſimile eſt, ſi quæras q erat, qui manum luxatam ſupine ligari volebat: qui calcaneum aliter, atq; Hippocrates, religari mandabat, q claueis: qui coniunctas cum vlcere fracturas, vlceris nullam curam habens, in alijs autem laborans: aut qui inurendo humeri articulo non induxit ſuis locis eſcharas: aut qui erant, quos in cõmentatione de Spina reprehẽdit. Profecto multa dixit huiuſmodi Hippocrates: & in libro de fracturis, & in libro de articulis, interim quaſi vno, interim quaſi multis errantibus: vt etiam in libro de victus ratione in morbis acutis ſimul multos notat Medicos: cuius hæc ſunt verba. Non me latet ſecus longe, quaꝫ

res postulat, Medicos facere: quippe q ab initio duos, aut tres, aut etiam plures dies fame cruciant ægrotos: deinde & sorbitiones, & potiones exhibent. Hi qui essent, hanc victus rationem qui pscribebant, aperiant nobis velim interpretes: Qui porro, qui existimabant pituitam solam esse hominem: qui flauam bilem: qui autem atram. Nam inferius hoc ipso in libro de hominis natura, esse dicit nonnullos, q hæc assererent. Quo rectius interpretes dixerint, non omnes forte illos suas sententias scriptas reliquisse. Fieri etiaz potuit, vt illi scripserint quidem, at libri tamẽ incolumes non permanserint. Atq; causæ multæ sunt, cur fieri istud videas. ꝑpterea quod de his aliqui præceptoꝝ æmulos non haberent. Partim quod dum viuerent, libros non ederent: quibus vita functis exemplaria, quæ extabant, vnum fortassis aut alterum, perierunt. Potuerunt etiam eorum scripta, quod essent contempta, negligi, atq; diuturnitate prorsus interire. Nam

inuidi quidem certe ſunt, qui aut ſup-
primunt veteruȝ monimenta, aut om
nino demoliuniur. Quod quidam eo
committunt, vt quæ in eis ſcripta sũt,
ſibi ea attribuant: aut ſi præclari quid
tradiderint, qui alienas opiniones ſcri-
pſerunt, id vt pereat. Athenis autem il
luſtria reperiũtur edita a Comœdis &
Tragœdis Poetis munera, quorum iá
fabulas deſideram⁹. Atq; vt alias cauſ
ſas omnes prætermittam, duas tantuȝ,
quæ Romæ nuper accidebant, profe-
ram. Sæpe incenſa templa, ſæpe vero
terræmotibus collapſa, aut alia ratio-
ne, cur multi nobis libri pierint, in cauſ
ſa fuerunt. Male ergo antiquam ſcri-
pturam Capito fuit corrigere auſus: cũ
ne hoc quidem addiderit, primum li-
brarium potuiſſe lapſum eſſe, qui pro
alio aliud ſcripſiſſet. Male porro etiam
interpretes qdam de Xenophane mẽ
titi ſunt: ex qbus eſt Sabinus, q citatis
ipſis noíbus, in hæc verba ſcripſit. Neq;
prorſus aerẽ dico hoíeȝ, exẽplo Anaxi
menis; neq; aquã, vt Thales; nec terrã,

vt quodam loco Xenophanes. Quæ nuſquam Xenophanes decernere inuenitur. Adeoq́; ſuo ſe indicio mentitum de illo indicat, non autem ignoratione offendiſſe: alioqui ſane, libri etiã, vbi hæc ille decernit, nomen protuliſſet: Nunc vero ſic ſcribit. Neq; terram, vt quodam loco Xenophanes. Iam Theophraſtus quidem in naturalium placitorum compendio, Xenophanis, ſi quod eiuſmodi tradidiſſet, decretum non p̃teriſſet. Illiuſq́; ipſius Theophraſti libros, q̃bus naturalia placita in cõpendium redegit, ſi hæc te lectio capit legas licet. Quod ſi veterum placita Medicorum velis cognoſcere quos legas libros, vbi præcepta ſunt medica contracta, adſcriptos quidem Ariſtoteli, a Menone tamẽ eius diſcipulo ſine controuerſia ſcriptos habes: quocirca Menonijs quidam his libris nomẽ dederunt. Neq; obſcurum eſt Menonem illum, cum omnem curam & operam conferret ad inueſtigandos, q̃ ſua memoria adhuc extabant, veterum Me-

dicorum libros,inde illorũ placita col-
legisse. Nam illorum, qui iam interci-
derant omnino: aut integri quidẽ erãt,
non in lucem tamen prodierant, qui
scribere præcepta potuit? Atq; istis in li
bris non comperies aut bilem flauã,
aut atram,aut pituitam ne ab vno qui
dem humanæ naturæ elementum esse
assertum. Sanguinem vero etiam mul-
ti post Hippocratis memoriam esse so
lum in nobis videntur opinari: vt huic
primam nostram generationem, dein-
de in vtero incrementũ, & a partu ab
solutionem debeamus. Atqui Hippo
crates quidem haud multo post docet
statuere quosdam pituitam, & bilem
esse hominẽ: non hoc scripturus, nisi
in ea sententia quidam aut sua memo
ria, aut ante se fuissent. 3.

*At qui mihi quidẽ nõ videntur, qui
hæc asserunt, recte sentire. Nã cũ idem
sentiant, loquunt tamẽ diuersa. Sed opi
nionis eandẽ collectionẽ faciunt. Aiunt
enim vnũ esse, quod est: ac id vnum esse*

& vniuersum: hic ignē, ille aerē, alius aquā, nō nemo terrā. Tum suam quisq; opinionē confirmat testimoniis & indicijs, quæ nullius sunt momenti. Quod vero in eadē sunt sentētia, verbis autem dissentiunt, ea res arguit eos, quæ profitētur, nō sane intelligere. Quod quidē huic præcipue perspicere licuit, qui illorū contentionibus interfuerit. Nam cū ijdem viri in eadē corona inter se cōtendant, nunquā tamē in disputatione vnus treis ordine alios cōuicit: sed modo hic superior est, modo ille: qui presertim fuerit lingua volubiliore, magisq; ad turbā accōmodata. Quāquā qui suā, quā de rebus habet, opinionem rectā esse cōtendit, is merito rationes suas inuictas semp præstare debeat, si quidē plane intelligat, & recte existimet. Sed hi homines, mea sententia, cū suis seipsi

verbi disputando, qua sunt væcordia, circũscribũt; tũ vero Melissi sententiã constituunt, Sed de his hactenus.

Agit, tanquam cum illis sibi sermo sit, quibus cognita est disputatio eorũ. qui vnum elementum constituunt. Nam qui ignem dicunt elementum esse, ex hoc oriri cętera volunt, condensato, coacto, & concreto: Si paulũ densetur generari aerem: Si largius, aquã: Sinautem extreme & plurimum, terram. Qui aquam & aerem, itidem pro ratione, qua spissantur atq; liquescunt, cætera produci dicunt. Aiunt enim cõcretam aquam, terram fieri: liquefactã aerem. Non aliter q̃; aerem concretũ, aquam: fusum, ignem. Itaq; eorum, q vnum quodlibet esse elementum constituunt, ex eo q inter se hæc quatuor, aliud in aliud, transformentur, ratio dependet. Quapropter in eadẽ illos sententia esse dicit', attamen non eadem profiteri. Hoc ergo toto sermone aperta illi cum ijs, qui vnum tantũ ex qua

tuor elementis esse existimant hominem, controuersia est: eosq; errare dicit. Nam quod nihil demonstrent, omnibus probant. Quippe q de elementis vnũ esse hominem nõ efficiant, Melissi vero sententiam confirment: qui quidem etiam esse vnum elementum putabat, cæterum ex quatuor illis, aere, terra, aq̃, igne nullum. Videtur enim vir hic substantiam esse communem quandam commentatus, quatuor subiectam elementis, a generatione & interitu liberã: quæ a posteris eius ὕλη, id est, sylua est dicta. non id tamen recte potuisse, atq; ordine probare. Atq; hanc ipsam substantiam vocat vnum illud & vniuersum: Quod & ipsum quidem falsum est. Neq; enim solum illud vnum corporum est quæ generantur & intereunt principium (quę Melissi fuit opinio) sed præter id qualitates quatuor, extrema frigiditas, siccitas, calor, & humiditas: non tamen sunt hæc elementa, non solum cæterarum rerum, sed ne hominis quidem: imo vero prin

cipia. Nam hoc apud veteres(quibus qd ab elemẽto principium distaret, nõ venit in mentem: quod & principia etiam elementi nomine appellari possunt)confusum erat. Verum enim vero duæ res sunt aperte inter sese distinctæ: Altera est minima totius particula: Altera, in quam imaginando hanc secare possis. Ignẽ verbi gratia, in duo corpora, vt ex ijs temperatum cõmonstres, partire non potes. Eadem ratione nec terram, nec aquam, nec aerem. At cogitando potes, aliaꝫ esse illius, quod mutatur, substantiam: aliam iteꝫ ipsius esse mutationem consequi. Nec idem est quod mutatur, atq; ipsius mutatio. Quod enim mutatur, subiectum est: cum mutatio eius a qualitatuꝫ efficiatur vicissitudine: cui cum insit summus calor, efficitur ignis. Ita euadit aqua, si ad id extrema humiditas accedat. Eodem modo fit terra, vbi sua natura ab omni qualitate remotum illud subiectum siccitate citra caliditatem ibuatur, Contra aqua, cum humiditate,

Nam de primo qdem frigido non parua quæstio extitit, quæ nullum medicæ facultatis operibus vſum præſtat. Operęprecium autem facias, ſi perquiras: ſimplex ne humanum corpus ſit, an ex ſimplicibus quatuor conſtitutũ. Quod & Platonis docuit auctoritas, & nos mox ab initio Methodi medendi. Attingemus autem & alias. Nunc ſubijciemus: quod in verbis iam propoſitis nobis, non his qui quatuor elementa, ſed illis qui vnum ex quatuor eſſe dicunt hominem contradicit. Potior erat in prima oratione lectio, quæ in pronunciatione primam aſpirat ſyllabam τα ἕν ἐόν. Nam non eſſe vnuz, ſed plura conſtituentia naturam hominis elementa, declarat Hippocrates: non vero quod ex quatuor elementis ſit quicquam in corpore ſynceruz: qđ nunquam protulerunt, ne huius quidem ꝓfeſſionis deſignatores: ſed vnuz quid a quatuor illis ſeparatum, quod eſt ex ipſis compoſitum, definiunt. Vt tetrapharmacum medicamentuz neq;

ceram esse, neq; picem, nec resinam: nec adipem: sed vnum quid aliud ab ijs distinctum, quod ex his est omnibus genitum. Iam vero hæc quoq; opinio duplex est. Nam quidam quatuor tantum qualitates inter se totas cōmisceri quidam substantias censent. Peripatetici priorem, alteram tuentur Stoici. Præterea ante hos Empedocles ex immutabilibus putat elementis fieri naturam corporum compositorum: perinde inter se mixtis mutuo primis, ac si leuigata exacte & puluerata æruginē, chanciten, cadmiam, & misy commisceas, ita vt nullum de illis nisi vna cū alio queas manu contingere. 4.

At vero ex Medicis quidam hominem sanguinem tantum esse, quidam bilem, alij pituitam dicunt.

Posteaq; superiori loco contra Philosophos disputauit, qui aut ignem solum, aut aquam, aut terram, aut aerē, naturam nostri corporis esse putant: hic se ad Medicos conuertit, hos iuxta

ac illos

ac illos in errore esse demonstrans, qui aut sanguinem solum esse hominem, aut bilem, aut pituitam ducunt. Hic ergo quod in prima omniũ oratione videbatur esse ambiguũ, plane distinguitur. non quatuor elementa ponentibus, sed vnum ex ijs solum, contradicere semper videtur. Atq; hic Medicorum præteritur quędam opinio respõdens Melissi, eorum videlicet, qui vnũ esse hominem dicunt, quod dum mutatur, fit vnumquodq; eorũ, quorum meminimus. 5.

Iam & hi omnes eandem subijciũt conclusionem. Aiunt enim vnum esse, cui nomẽ ad illorum cuiusq; libidinem imponitur, porro id vnum formam & facultatem mutare a calore vel frigore coactum, & dulce, amarum, album, nigrum, & omni modum fieri. Verũ hæc non sic habere videntur.

Et Medicos ait, qui vnum esse naturæ humorem confirmauerunt, inter

ſeſe idem, atq; fecerunt Philoſophi, cō
cludere, vnum hunc humorem, quem
ponit quiſq; eorum, in cæteros conuer
ti docentes. Quæ vero ad ſuam quiſ-
q; opinionem aſtruendaȝ adducit, hęc
ex humoribus quatuor nullum eſſe in
natura oſtendunt, ſed pro his aliū prio
rem, ex cuius mutatione hi fiant, cuiuſ
modi in medica ſpeculatione ſcitum
conſiſtere, vt in Naturali Meliſſi, neqt,
Itaq; quando vnum hoc mutari vo-
lunt caloris vi & frigiditatis, euādereq;
dulce, amarum, album, & nigrum, nul
lum iſti ex quatuor illis appellare vidē
tur. Quos confutans, non naturæ pro
prium illud eſſe ait, ſed quippiam ali-
ud, quod in hæc conuertitur. Dulce. n.
ſanguinem eſſe: amarum, flauam bi-
lem album, pituitam: nigrum, atraȝ bi
lem probabiliter dictam eſſe, in quę trā
ſire illud vnum a calido & frigido im-
pulſum dicit. Iam per id quod ad finē
adiectum eſt, & omnimodum, ſanieȝ
quę in morbis periculoſis accidit, intel
ligit. Nam & æruginoſa apparet, & fu-

sca bilis, quam luteam appellant. Item rubra quædam, & porro similis, nec nõ aliæ, quas exprimere nequeas: maxime cum putridus sit morbus. 6.

Mea vero est sententia, si vnum esset homo, nullo vnquam dolore afficeretur. neque enim esset a quo doleret, vbi vnum tantum foret. Quod si doleret etiam, necessario vnum quoque medicamentum esset.

Nuper rationes, quas adducebant, qui vnum putabant esse hominẽ, conuellebat: probans non a demonstratione tantum, sed a veri etiam similitudine alienas esse. Nũc ipsam eorum sententiam, qui quod vnum sit homo existimant, euertit. Non est autem perinde rationem confutare quæ adducitur, atque placitum falsitatis postulare. Est .n. cum placitum esse verum possit, licet commode ab aliquibus non sit defensum. At tum non ipsum placitum, sed eius reprehenduntur patroni. Hic ergo

mittit eorum rationes, fert autem in q̄stionem solum per se placitum, argumento vsus vt fortissimo, ita & breuissimo. Nam si vnum esset homo, eũ nullus dolor vexaret. qua ait ratione coargui, qui insecta, icompacta, & minima elementa statuunt. Specie namq; vnũ etiam est horum sententia, quod reuera est. Sic autem. primuz corpus est appellatum, quod nec generationez, nec internetionem recipit: quandoquidez reliqua ex illius compositione omnia generationem obtinent. Etenim quod ex his placitum proficiscetur, in perpetuorum illorum corporum certa compositione nostram collocat generationem: vt Hippocraticuz in quatuor elementorum temperatura: quod Aristoteles & Stoici approbauerũt. Nam q̃ vnum simplex elementum si esset, nõ doleret ex eiusmodi elemento compositum corpus: indicio esse ait, quod aliud non sit, cui sit in id agendi facultas. Neq; enim ex seipso quidem certe pati vnum hoc corpus valeat. Et vt dole

re ipſum donemus, ex ſeipſo patiens: ſimplex tamen erit curatio. Nam multa cum in eo non ſint: multæ eſſe curationis rationes nequeunt. 7

At vero multa exiſtunt, quia multa in corpore ſunt, quæ cum præter naturam a ſe mutuo calfiunt, aut refrigerãtur, aut ſicceſcunt, aut humeſcunt, morbos pariunt. Ex quo multæ ſunt morborum formæ, et multæ quoq; illorum curationes.

Nouiſſimis ante hæc verbis eos, qui vnum eſſe hominem dicunt, (qđ non aliud eſt, ac ſi dicas: elementũ ex quo conſtituitur homo, vnuȝ eſſe) ex abſurditatibus conuincit, quæ placitum iſtõ conſequuntur. Siquidem nunquã doleremus: quippe aliud quod afficiendi vnius illius facultatem haberet, non extaret. Deinde etiam ſi hoc concedamus, erit vniformis, non multiplex curatio. Pręſenti ſermone ea explanauit, quæ primo ſubſiſtere demonſtraturus

est, a quibus alia omnia oriuntur. Hęc
sunt calidum, frigidum, siccum, & hu-
midum, quæ vbi modice sunt mutuo
tēperata, salubriter degit animans. Sin
autē sese mutuo calfaciant, refrigerēt,
exicent, & humectent, ad dolores infe-
rendos natura comparata sunt, q non
vno curantur modo medendi: cū quos
dam illorum, partibus dolentibus calfaci
endis, quosdā refrigerandis, aut siccan
dis, humectandisue depellas. Quibus
in rebus plurimum elaborauimus in li
bris de simplicium medicamentorum fa
cultate, & in libris de medendi metho
do. Nihil tñ caussæ fuerit, quin ēt hic de
his dicamus paucis. cum clarissime va
leam ostendere a calido, & frigido: hu
mido, & sicco nos & dolere & curari.
Nam qui est, dolorem qui non sentiat?
vbi aspera hyeme in publicum prodi
re paret: qui, vbi feruēte æstu? Qui au
tem sitiēs non dolet? aut qui potu vui
dus? Nempe. n. cum sitis oriatur, vbi sic
camur: immodica impletio ꝑrium pa
riat affectum. Atq; phlegmone, simul-

q; omnes dolorem excitantes, & pter naturam tumores, interim ab exuberã te humore in partem ĩpacto, constant interim quod illi ipsi humores præter naturam aut calidi sint, aut frigidi. Iaz vero corpora quoq; nimia humiditate impleta, vacuatione curantur: præter naturaz sicca, humiditate admota. Sic quod dolet a frigore, calfactum: quod ab immoderato æstu, refrigeratum. Iã etiam omnia medicamenta calfaciendo, aut refrigerando, aut siccando, aut humectando munus suum obire ostẽ sum est: quod hæ primæ sint qualitates actiuæ, corporumq; ĩmutatrices: vti declarauim⁹ in libro de elementis s̃m Hippocratem. Quas sequuntur qualitates, quæ in gustu insunt. quaꝝ sunt nomina astrictio, austeritas, acerbitas, amaror, salsedo, acor, acetositas, dulcedo, & pinguedo. Et colori quę accidũt in albedine, nigredine, rubore, & id genus alijs. Item quę tactui, in duritie, et mollitie: in friabilitate, & lentore. Olfactu qualitates totidem sunt, quot

gustui. verum peculiaria vocabula non sunt sortitæ. Nam odorum in fragantia & fœtore differentia, recte sane differentia existimabitur, diceturq; multas formas sequi. Habes ergo huius sermonis capita. Quorum pars in libro de elementis secundum Hippocratem explanata est, pars in tractatu de simplicibus medicamentis. Vulgus vero in discendis demonstrationibus studium ponere detractat quæ non cognouit, his reclamat statim. Contra studiosi, & veritatis amantes, omnem in percipiendis demonstrationibus industriam ponunt: non facile vero oblatrant.

8

Cæterum mea quidem opinione, qui hominem sanguinem, & nullam aliam rem esse censet, is deberet demonstrare eum non mutare formam, aut omnimodum fieri, aut saltem aliquod anni tempus, aut hominis ætatem ostendere, qua sanguis solus appareat esse in homine. Verisimile namq; est, esse aliquod cer-

te tempus, quo id vnum in eo esse appareat. Hæc a me dicuntur etiam in eum, qui pituitã esse hoĩem, & q̃ bilem ait.

Etiam hic in illos disputat, qui vnũ esse hominem ferunt: quod a principio sibi propositum esse professus est. Inter quos primum reprehendit hos, qui sanguinem aiunt eum esse. Potissimum valentes, inquit, homines sanguinem in corpore solum citra aut pituitam, aut bilem (siquidem natura sit sanguis solus in corpore) ɔtinere oportebat. Deinde si vel concedamus colligi interdum in corpore bilem, & pituitam: ætatem certe vnam aliquam, aut anni inueniri tempus, cum solus sine aliis humoribus insit in corpore sanguis. Eodem modo confutat eos, qui bilem vel pituitam volunt hominem esse, hoc est, naturam id solũ esse: arbitrantes autem in hoc & primam gñationẽ ex hoc humore factũ esse. 9

Quæ vero hominem ego esse dixero, ea & pro lege & natura; ætate tam

iuuenili q̃ ſenili, tum tēpore tā calido quā frigido æque ineſſe illi demōſtrabo. Atq; ſigna etiā afferam, & neceſſitates adducā, propter quas quodq; augetur marceſcitq; in corpore.

Recipit omni ſe tempore elementa quæ ipſe ponit, in corpore contineri oſtenſurum, pro ætatibus & temporibus incrementum & marcorem, id eſt: imminutionem habentia. Pro lege igitur eſt: quod homines putant & arbitrantur. quam loquendi rationem veteres Græci vſurpare conſueuerunt. Sic pro natura, hoc eſt, pro ipſa rerum veritate. 10

Primum itaq; neceſſum eſt generationem eius nō proceſſiſſe ab vno. Quo nam.n. pacto, quod vnū eſt, generare aliud poſſet, niſi quid admiſceatur?

Atqui Hippocrates ſemper clariſſime apparentia ſequitur. quocirca nūc dicit: nihil ab vno generari, niſi aliud

accedat externum, quod temperamenti symmetria cum eo conueniat. Quidam vero Philosophi, qui Physici appellantur, placitum, nescio quo pacto, nouum & absurdum sciscere sustinuerunt, quod naturalem speculationem vniuersam euertit. Nam qui vnum dicit esse vniuersum, oratione ista omnẽ tollit generationem. *Si* nãq; vnum est quod natum est, non erat ante, vt neq; paulo post erit. Neq; eniꝫ. Thales, neq; Melissus, neq; Heracleit⁹ aut añ erant, aut nunc sunt. Recte ergo hos viros nõ fuisse dicas: an vero fuerunt, annosq; non paucos quisq; eorum vixit: quo autem tempore viuerent, non erant? an quod essent illo tempore illi, admittemus: eos vero qui erant non esse dicimus, cum essent? Atqui si esse eos fatearis, fateberis quoq; natos fuisse. Age vero platanus, & lapis, leoq; nõne oliꝫ generationem habebant & interitum? Quod si est eius, quod prius non erat, generatio non potuit ea ex quadam subiecta substantia non esse generata

quam non poſſe ſua ſpōte ſolam quicquam generare videmus. Plantarum quidem ſemina, vt queant aliquid generare, externum poſtulant humorem ac calorem moderatum. Quod ſi ad generandum eſſet ſemen natum citra vllam externam opem, non differret generationem ne in paucos quideȝ dies, quin eueſtigio expullularet. Imo vero pleraq; ſemina, non iam menſes, ſed annos etiam haud raro commorari cernis. Non enim ex ſeipſis tantum obtinent vt generent, cæterum externum deſyderant auxilium: quod non hactenus ſuo munere defungitur, ſi ſolum ſimpliciter attingat: ſed cum tangentis vires in id, quod tangitur, permeant totum. Iam ſi in fœturis alterari prorſus ſemen in arboribus, herbis & cūctis plantis videtur: multo apertius in animantibus ꝑſpicitur, nihil ex maſculo ſolo, aut fœmella, ſi abſit coitus, poſſe quicquam generari. 11

Tum nec quæ miſcentur, generant,

nisi sint eiusdẽ generis, eandẽq; habeãt facultatẽ. neq; similia nobis efficiant.

Non tantum ex vno nihil generari dicit posse, sed ne e duobus quidem, nisi cognata sint, hoc est, substãtia sint coniuncta, quæ miscentur. Quod plane in animalium diuersarum naturarum genitura cernitur. Verbi gratia. in equis & asinis, vulpib⁹ & canibus. Generatur ex horum coitu mixtum videlicet ex ambobus animal. Quorũ vero natura a se mutuo magno distat interuallo, licet coeant aliquando, non tamen generare quicquam possunt. Quod porro ad finem est huius clausulæ adiectum: Neq; similia nobis efficiantur, huius libri interpretes quasi aptum præterierunt, cum sit obscurum, aut incongrue a scriptore præcedentibus coaptatum, aut a librarijs praue descriptum. Sed quod mihi significare videtur velle, id est: Si etiã animal quod cum eo, qui cum coit, in genere non conueniat, quandam eis tamen natu-

ræ dicit cõmunionem esse: neq; similia nobis efficiantur, hoc est, si vel genitura ex hoc coitu fiat, animal ijs, quæ se generarunt, simile non efficitur. Potuit etiam hæc clausula non ita fuisse scripta: Neq; similia nobis efficiantur. 12

Rursus nisi calidũ frigido, & siccũ humido, modo & æqualitate respondeat. sed alteri alterum longe præstabit, & valentius infirmiori, nulla poterit genitura fieri.

Superius dixit nullius posse naturalem generationem effici, nisi sint coeũtia eiusdem generis. at vero nec horum coitus genere inter se conuenientium generat necessario. Hanc autem disputationem integre in Aphorismis expediuit, vbi ait. Quæcunq; frigidos habent & spissos vteros, non concipiunt. Et quæcunq; pręhumidos habent, vteros non concipiunt. nam extinguitur semen. Et quicũq; sicciores calidioresq; nam alimenti difficultate corrumpitur semen. At quæcunq; ex vtrisq; medio

crem habent temperaturam, hę fœcun
de ſunt. His verbis docet qbus de cau-
ſis ſteriles fiunt mulieres. Oſtendit ēt
id quod huic eſt annexum: de quo cū
nos alias, tum alij ante nos frequenter
ſcripſerunt. Plato etiam meminit, non
mediocrem artem eſſe dicens, qua vi-
ros & fœminas temperamento inter ſe
conuenientes coniungere ſcias. Nam
de vteri temperamentis quæ dixit, hęc
æque de ſemidis temperamento intel-
ligi debent: vtpote quod nunc iuſto
eſt humidius, aut frigidius: nūc ſiccius,
vel feruentius. Eſt autem vtero ſiccio-
ri familiare humidius ſemen, humidio
ri ſiccius: æque vt calidiori frigidius,
frigidiori calidius. Sed de his plenius in
libro de ratione puerorum procrean-
dorum tractamus. In præſentiarum ſa
tis ſit didiciſſe, nihil gñari ex vno poſ-
ſe adeo nec duobus quidem, aut plu-
ribus coeuntibus cum fiat, ni mutua
inter ipſa familiaritas ſit, & temperamē
torum aliqua ex coeuntibus tempera-
ta mediocritas, poteſt hoc generari. 13

Proinde qui verisimile est, aliquid ab vno generari, cũ nec a pluribus generant, nisi mutuo tpamẽto cõueniant.

Alia quæ hic agit, ex superioribus patent. Oportet vero nomen quod hic vsurpat temperamenti, quod κρᾶσιος appellat nomine, memoria tenere: qđ omnium, quoꝝ memoria ad nos peruenit, primus Hippocrates commisceri elementa docuit: vt paulo ante visuȝ est. Atq; hæc res illi non conuenit cuȝ Empedocle, qui non aliis atq; Hippocrates ex elementis ait nos esse natos, & corpora alia omnia, quæ super terram sunt: non commixtis tamen inter sese, sed per paruas partes compactis, & sese tangentibus. Sed quod hæc sententia iisdem argumẽtis conuincatur, ac illæ, quæ ex insensilibus & impatibilibus primis corporibus sensile generant corpus, in commentarijs de elementis secundum Hippocratem ostendimus. Quo loco omnia prope dixerim naturalia placita, quæ de primis

elementis

elementis extiterunt, attigimus. 14

Cum igitur natura eiuſmodi ſit, cũ omniũ reliquarũ rerũ, tũ ẽt hoĩs: neceſſe eſt hominẽ nõ vna re cõſtare, ſed vnũ quodq; eorum, quæ ad generationem quicquam faciunt, talem vim in corpore poſſidere, qualem contribuit.

Docuit nuper Hippocrates, niſi callidum frigido, & ſiccum humido, modice admiſceatur, generabilium corporum generationem fieri non poſſe. Nunc vero docet, vel omnibus corporibus quæ genarantur & intereunt, nedum hominibus ex iiſdem generationem ſuppeditare: Et quia ex calido & frigido, ſiccoq;, & humido ꝓducta cuncta ſunt, iccirco hæc omnium eſſe communia elementa. Iam humanæ naturæ peculiaria elementa ſunt ſanguis, pituita, bilis tum flaua, tum atra, quæ tamen ei non recte priuata eſſe dixeris, cum omnibus ſint communia ſanguine præditis animalibus. Clarum autem eſt iſto

rum etiam vnumquodq; ex primis his quatuor generatum esse: quæ qualitatum appellatione, humidum, siccum, frigidum, & calidum vocamus. Propã horum substantiæ nomina sunt, ignis, vel aqua, vel aer, vel terra. Nam elemẽta a qualitatibus simplicibus & immixtis nomina esse mutuata, id latet neminem: cum extrema caliditas in igni insit, sicut in aere humiditas, frigiditas in aqua, summa in terra siccitas vna cũ ꝯstrictiõe & frigore. Qua igitur causa adducti quidam humidum, siccum, frigidum, & calidum ab Hippocrate existimant elementa constitui, vt quæ in homine esse animaduertantur; ignem autem, aquam, aerem, & terraȝ non recipi, eo quod in hominis corpore nihil videamus horum? non intelligentes, quod quę apparent in corpore calida, frigida, sicca, & humida corporis, sunt oculis subiecti visibilia elementa: quæ quis esse communia corporum omnium elementa dicat? nemo sane vel infantissimus. posteaquam dixit Hippo

crates: Cum eiuſmodi igitur ſit cum omnium reliquorum,tum hominis na tura,qui poteſt de iſtis,quę in hominis corpore apparent,calidis,frigidis,ſiccis, & humidis illum nunc agere exiſtima ri:imo de quatuor elementis, quæ sũ-mas habent,& immixtas qualitates ex quibus inter ſe mutuo temperatis om nia fiunt corpora,quæ intra hos termi nos ſunt,per excellentiam , non pro-prie calida,frigida,ſicca,& humida ap pellata. Enimuero ſi quæ iam commi xta ſunt,ſtatuemus elementa:quæ sũ-mas qualitates obtinent , ecquid dice-mus eſſe,me præterit. Dilucidius etiã in ꝓxima clauſula ſuam mentem ape rit,ad quam nunc tranſeo. 15

Rurſus cum hominis corpus mori-tur, ſingula ad ſuam naturã diſcedunt, humidum ad humidum , ſiccum ad ſic-cum , calidum ad calidum , frigidum ad frigidum.

Homine de vita decedente ſecerni inquit,ac recipere ſe ad ſuam naturam

ſingula elementa prædicta : quæ calidum nominabat, & frigidum, ſiccumq́;, & humidum: nuſquam dicens, ſanguinem ad mundi ſanguinem, pituitã ad pituitam, bilem ad bilem, arteriam ad arteriam, carnem ad carnem, venaꝫ ad venam, neruum ad neruum diſcedere. veruꝫ quod in his eſt ſingulis calidum, frigidum, humidum, & ſiccum ad communia omniuꝫ elementa ſe cõferre. Nam & neruus quideꝫ ex calido, frigido, ſicco, & humido, nempe elemẽtorum conſtat: non autem ex alio neruo. Sic nec vena ex alia vena. Etenim per ſe tota miſceri hæc, carnem, venã, os, arteriam, & cæteras ptes mente conſequi nequeas. Sed eſt eius ſententia (ſi quam paulo ante dictorum memoriam habemus) inter ſe omni ex parte temperari calidum, frigidum, humidũ, & ſiccũ. Proinde quæ clare oculis ſunt obiectæ in hominis corpore calidæ, frigidæ, ſiccæ, & humidæ partes, elementa non ſunt humanæ naturæ: ſed illa, ex quibus hæ conflatæ ſunt & genitę,

aqua nimirum, ignis, aer, & terra: de q
bus in libro de elementis ſm Hippo-
cratem ſatis multa verba fecimus. 16

Nempe talis eſt tum animantium, tum cæterarum oïum rerum natura.

Eiuſmodi inquit, eſt non hominis ſolum, verum etiam oïum alioruȝ natura, ex calido ſcilicet frigido, ſicco, & humido ſimplicium & extremorum temperata. Quæ enim in medio ſunt omnia, ex his ſuum temperamentum conſequuta ſunt. Nonne ergo ab omni eſt ratione alienuȝ dicere, ex medio ea quę in medio ſunt, temperari? quod iſti non ſe aſſequuntur dicere, qui ex ijs quę in corpore conſpiciuntur humidis, ſiccis, calidis, & frigidis noſtram naturam contendunt conſtitui. Iam multo abſurdius erit, ſi & alioruȝ quoq; cũctorum animalium, & ſtirpium naturam eſſe ex his affirmabimus. Hippocrates ſane hic aperte ait, etiam omnibus alijs eſſe huiuſmodi naturam. iſti vero quid dicent, non reperio. Nam ſi

coniectum in terram semen fici procera forte arbor fiat: insani est, non ex terra & aqua, sed aliunde eam dicere hac naturam inuenisse. At enim terra sua natura extreme frigida est: multum autem habet caloris ficus, quæ eam conseruat, quominus, cum per atroces brumas refrigeratur, demoriatur. Constat ergo aquam tantum, & terram fici corpus iam constituisse: quin igneæ etiam naturæ non est expers. Nec iam hoc obscurum est, quod & naturę aereæ sit particeps. quando lignum eius manifeste non solum terra est, sed aqua leuius. Constat ergo ex illis quatuor ficus. Quod si hæc, & eius certe fructus. Sic item fructus vniuersi. Sunt porro triticum, hordeum, fabę, & reliqua leguminum semina, fructuum partes, atq; iccirco ex quatuor illis conflata, terra, igni, aqua, & aere. Quia vero ex fructuum & plantarum esu, qui in nobis sunt, humores proueniunt, profecto etiam hi primum principium habebunt generationis aquam, terram, aerem, & ignem,

Sed vt dixi, satis hæc in libro de elemētis ſm Hippocratē ſunt demōſtrata: itaq; ad aliā clauſulam deſcēdam᷒. 17

Omnia ſimiliter generantur, ſimiliterq́; intereunt omnia.

Ne ſi diuinaret quidem quiſquam non defuturos, qui ſe nō recte aſſequuturi ſint, toties eandem ſententiam ꝓnūciet, vti nunc fecit Hippocrates: omnia dicens, nedum hominem ſimiliter & naſci & interire: ex quatuor, vt eſt declaratum, elementis, & non ex corporis partib᷒ calidis, vel frigidis, vel ſiccis, vel humidis. At adeo quidam ad græcam orationē ſtupent, vt quod in corpore humano calidum, frigidū, ſiccū, & humidum a ſenſu cognoſcitur, omnium putent generationis eſſe communia elementa. 18

Ex his enim, quæ præ diximus, omnibus eorum natura conſtat, deſinitq́;, vt prædictum eſt, in idipſum, & vnde eſt conflatum, illuc quoque ſeſe recipit

vnumquodque.

Conſtat in ſuo placito, omnium naturam ex quatuor, quoruꝫ meminimus, conſtitui, in eaq; deſinere confirmans. Vnde enim vnaqueq;, inquit res conſtat, eodem etiam refert ſe, in cōmunia nimirum Mundi elementa, terram, aquam, aerem, & ignem. Proinde nihil minus quam Hippocratis ſenſum, & quod primo eſt dictum, aſſequuntur. Neq; enim prorſus aerem dico eſſe hoīem, neq; aquam, aut ignem aut terram, qui illud pro nulla ex parte capiũt. Liquet enim hoc dicere Hippocratem nolle, communia elementa nulla ex parte in corpore humano eſſe, ſed reprehendere iſtos, qui vnum de illis ſolum aſſerunt. 19

Corpus autem humanum continet ſanguinem, pituitam, et bilem duplicē, tam flauam quam atram. Et *hæc illi ſũt natura corporis: & propter hæc ægrotat & valet.*

Expedito de communibus elementis ſermone, his verbis ad corporum ſanguine p̃ditorum, in quibus eſt homo, elementa orationem ꝯuertit. Naꝫ ex ſanguine, pituita, & duplici bili, flaua & atra primam oriri noſtram generationem vult, & noſtræ vitæ totũ curſum ex his ſuppetere, hæc deniq; vniuerſam hominis naturam eſſe. Nam humores continentur in ſolidis partibus. Ipſæ autem ſolidæ in fœtus prima formatione ex his generantur. Omnes enim partes ex menſtruo ſanguine, non illo quideꝫ ſyncero, ſed duplicis participe bilis & pituitæ, factæ ſunt: id quod non longo poſt interuallo docebit: Inſuper ex his etiam ſanitatem nobis, dolorem, & morbos contingere, quo hæc fiunt modo, ſequenti clauſula docet. 20

Valet quidẽ præcipue, cũ ea inter ſe facultatẽ & copiã mediocriter hẽant tẽperatas, & potiſſimũ ſi ꝑmixta ſint,

Omnium Medicoꝝ pariter & Phi-

losophorum, qui plane rationi insistũt, consensu, sanitatem efficit elementorum symmetria. Cæterum cum sit duplex in genere apud sectas ratione nitentes institutio elementorum: altera appositione, & primorum corporum complexu generationem compositorum fieri: altera, temperatura decernit. Prima itaq; symmetriam, poroꝝ constitutione metitur: altera ratione bonę elementorum temperiei nos degere salubriter statuit. cuius est sententiæ princeps Hippocrates. Atqui cum duplex symmetria sit. hæcq; in facultate eoruʒ quæ miscentur, illa in quantitate consistat essentiæ: vtranq; attigit Hippocrates. dixit enim, & facultate, & copia. Quod in exitu clausulæ dictuʒ est (& potissimum si permixta sint) absolutam illorum omni ex parte mixturaʒ declarat. Nam ad corporis statũ vndequaq; inculpatissimũ, non modo quatuor commoderatio elementorum, verum etiam eorum inter se mixtura requiritur absolutissima. In temperamẽ

tis vero corporis culpatioribus, est cum in aliqua parte non æque, aut similiter aut inter se prorsus cõmisceantur humores. sed vbi haud dum actionis est illustris offensio, est illa quidem culpanda sanitas, nondum morbus tñ. 21

Contra laborat, cũ eorũ quicquam fuerit amplius minusue iusto, aut in corpore secretũ fuerit, neq; cũ oĩbus cõfusũ

Vt in sanitate exactam symmetriam in quantitate & facultate, mixturaq; p tota collocabat. Ita in morbo contraria horum ponit, atq; minus. s. aut amplius ad quantitatem substantiæ & facultatem retulit. & cum omnibus non esse confusum, ad intẽperiem, aut temperamenti inæqualitatem, aut quocunq; nomine appelles. 22

Necesse est enim cũ horũ quicquam separatũ sit, & p se stet, nõ solũ ex quo excessit, locũ morbo affici, sed etiã illũ, vbi iã cõstiterit & influxerit: nimium affluentẽ, dolorem & laborẽ parere.

Vbi quispiam de quatuor humoribus solus aliqua in parte restiterit ab alijs semotus, neq; sit cum illis per totos totus commixtus, dolet animal: vtraq; iam parte, & vnde decessit, & ad quam se contulit, intemperieri obnoxia. Id quod humoribus validarum virium potissimum vsu venit. Hi enim non quantitate tantum parti, in quam inuaserunt, graues sunt, sed & qualitate dolorem excitant, dum magnopere aut calfaciunt, aut refrigerant. 23

Etenim vbi horum quicquam de corpore effluit vltra supernatans, dolorẽ adfert vacuatio.

Pro abundante intellige nunc dictũ supernatans, aut si mauis, id quod non est cum cæteris omnibus commixtũ, supernatans, puta appellatum. Vtrũq; enim est probabile. 24

Sin autem intro vacuet, aut locũ mutet, aut se ab alijs secernat, duplicẽ sane necessario præbebit dolorẽ, vt dictũ ẽ,

nēpe vnde abſceſſerit, ac vbi exuperat.

Hoc eſſe prædictum, ipſe ſuis his verbis declarat. nam verbis, non facultate. ab hac nunc recitata diſtat illa nuperrime ab eo ſcripta oratio, vbi ait. Neceſſe eſt enim cum horum quicq̄; ſeparatum ſit, & per ſe ſtet, non ſolum, ex quo exceſſit, locum morbo affici: ſed etiam vbi iam conſtiterit & influxerit, nimium affluentem, dolorem & laborem parere. Rurſus cum dicit. Quæ vero hominem ego eſſe dixero, ea demonſtrabo ſemper ineſſe pro lege & natura. Pro lege ait, hominum volens opinionem, quæ ijs eſt de his, ſignificare. Pro natura, ipſam rerum veritatē. Quare ſequentia verba attendamus, quo videamus: num id quod recæperat ab initio libri, nunc præſtet. 25

Dico aūt ſanguinē eſſe, pituitā, & bilē tam flauam q̄ atram. Atq; horum nomina primū quidem ex lege diſtincta eſſe confirmo, & nulli eorū idē no=

men inditũ esse. Deinde naturaliter formas discrepare, minimeq; pituitã similem esse sanguini, aut sanguinẽ bili, aut bilẽ pituitæ. Quonã.n. pacto inter se possent similia esse, cum neq; ad visum colore, neq; ad tactum esse similia cognoscantur? neq; enim æquæ calida, frigida, sicca, & humida sunt.

Cum aperta est eius omnis oratio, tum quod instituerat, demonstrat. Naz hic quatuor humores in corpore inesse inter sese diuersos ostendit. Sub hæc, naturaliter omneis hos esse quatuor, non eorum vnum. Verum in sermone nunc proposito nobis differre humores mutuo, colore constitutione, calore, & frigiditate dicit. Et sane sic hæc se habere videntur. Fortassis autez offendit quosdam, cum humidi sint humores omnes, siccitate distare ab humore humorem. Qui eadem opera negent oportet, nec humiditate eos differre, siquidem humidiorem aliuz alio esse fa-

temur: quod certe omnibus humoribus accidere videmus. Etenim flaua bilis sæpius euadit admodum humida: & est eius tum non flauus, sed color pallidus. Haud raro crassa fit, & vitellis ouorum adsimilis. Vnde & nomen, vt Vitellina appelletur, apud non nullos inuenit. At atrabilis, pallida & flaua semper est crassior. Immo illa seipsa multis modis est vel crassior, vel fluidior. Eadem sanguinis ratio est: qui eatenus interim est humidus, vt fluat: interim abunde crassus. Pituitæ eandem caussam esse, ac prædictis humoribus videas. Variatur enim in crassitudine & tenuitate, atque nunc aquea est, nunc crassa, vt puris imaginem referat. Habent hoc humores, vt quæ reuera elementa non sint, sicut aqua, terra, aer, & ignis. Nam istorum quilibet ex quatuor his, alio in alio eorum præpollente, oriundus est: vt iam sæpe audiuistis. 26

Ergo quando tantum inter se, & forma, & facultate differunt, necesse est ea

non esse vnum, nisi certe ignis & aquæ vnum sunt.

Erat illorum quidem absurda sententia, qui vnum esse crederent hominem: videtur tamen in eam Hippocrates consulto disputare. Erant eteniꝫ fortassis eius memoria viri clari, qui istud placitum sustinebant. Nam quandoquidem veterum plurima scripta desiderantur, multo est probabilius, placita literis non mandata intercidisse, idq́ꝫ adeo cum sint, qui nulla reliquerint scripta. vt Socrates & Pythagoras: & ex illustribus nostræ memoriæ Medicis Contus. Quo magis multos, duꝫ superstites essent, illustres fuisse adducor, quorum cum interitu, vna præceptorum existimatio perdita sit. Cumq́ꝫ Plato tot reliq̃rit libros, attamen præter literis prodita, ãlia esse eius scita autumant eius discipuli, quæ non retulit in scripta. Vt autem discipulis placita esse literis non testata affirmantibus fidem habemus: ita fuisse, qui vnam terram

ram omnium esse commune elementum, hominis autem bilem, vel pituitam dicerent, Hippocrati credimus. Equidem quosdaȝ hac quoq; tempestate alia scribentes noui, quoruȝ lucubrationes, partim vna cum scriptoribus iã interierunt, partim non multo post cũ ijs interibunt. De qua natione ille est, qui terram ait omnium matrem, omnium esse & nutricem, originem & elementum. Atq; hanc etiam Cœlum genuisse (vt ait Hesiodus,) & quæ in ea degunt animalia. Et ex Archigenis asseclis homo minime malus inductus erat, neq; in inspirationibus in corpus ingredi aerem, neq; egredi in expirationibus. Alius præterea elementaleȝ humorem volebat pituitam esse. Itaq; desinamus illorum nomina inuestigare, qui inepta ista decreta primi tulerunt. Nam quod Thales elementum solam aquam statuit esse, ex ipsius libris commostrare non valemus, at de hoc tamen nemo ambigit. 27

Quod ea omnia vnum non sint, sed

ſuam habeat, vnumquodq; peculiarem & facultatem, & naturam, vel hac re tibi maxime cõſtare poſſit. Si enim cui homini medicamentum exhibeas, quod pituitam ducit, euometur pituita tibi. Sin medicamentum offeras, quod bilem agit, vomet tibi bilem. Pari modo bilẽ purgat atram, ſi potionè des, quod mouet atram bilem. Quod ſi is aliqua corporis parte vulnus accipiat, illa ei ſanguinabit. Atq; hæc tibi faciet omnia ſẽper, tam interdiu quam noctu, hyeme et æſtate, dum in ſe homo attrahere ſpiritum, & viciſſim dimittere valeat, dum aliquo priuetur cognatorum, Atqui cognata ſunt quæ diximus. quæ qui eſſe cognata infirmabit primum clare apparea, hominem dumvtuit, ea omnia in ſe ſemper habere. Deinde vero natum eſſe ex homine, præterea nutritum in

homine eadem omnia habente, quę ego dico atq; demonſtro.

Superius aperte ſimul & vere homi nem omnia in ſe continere, biles, pitui tam, & ſanguinem oſtendit. Nunc nō illud tantum, ſed etiam ita eſſe natura comparatum declarat: non vt aliqui dicunt, vnū de illis. Omnino alia placita eorum qui humorem vnum natu raliter in corpore eſſe contendunt, facile conuelli poſſunt. Illorum vero ſententia, qui ſanguinem eſſe volunt, non eſt repudianda. ſed vt cōuincatur, ma gnæ eſt contentionis. Sed tempus eſt, vt de his agere inſtituamus, initiumq; a verbis eius ſuperius factis, faciamus. Dicit autem ſic. 28

Cæterum mea quidem opinione, q hominem ſanguinem, & nullam aliam rem eſſe cenſet, is deberet demonſtrare eum non mutare formam, aut omnimodum fieri, aut ſaltem aliquod anni tempus, aut hominis ætatem oſtendere, qua

ſanguis ſolus appareat eſſe in homine.
Veriſimile namq; eſt, eſſe aliquod certũ
tempus, quo id vnum in eo eſſe appeat.

Quod ſi huic diſputationi id quod nunc demonſtrat adiũgas dogma hippocratis omnibus ſuis numeris abſolueris. qui hic oſtendit nullũ anni eſſe tempus nec ætatem, qua aliorum humorem expertem poſſis hoĩem demõſtrare. Immo etiam per purgationes. Si namq; medicamentũ cui, quod aut bilem, aut pituitam ducit, exhibeas: id cui ciendo eſt, vacuare cernes: id quod perpetuo oẽs cõtineri humores in corpore ſigno eſt. Huic argumento intercedunt quidã, non ↄcedentes medicamentũ purgans ex corpore familiarẽ humorem trahere, ſed in quam, comparatum eſt, conuertere formam. Hos vero falli, peculiari cõmentario nos, quẽ de purgantium facultate medicamentorum inſcripſimus, planum fecimus: Sed non cõmittam, quin hoc loco exẽpli gratia vnum ex dictis in eo libro, re

seram. In ipsis artis operibus sæpenumero conspexistis detectos, qui, quod vacuatur, a purgantibus medicamentis trahi non admittunt. Naʒ qui aqua illa intercutem quam vocant Asciten, laborant, aquam ducente accæpto medicamento, vacuatur aquosæ humiditatis non parua copia, subsidetq; his vētris tumor. Quibus si medicamentum flauam aut atram bilem mouens exhibeas, cum paueum sane humorem vacuet, tum ventris eis moles tm̄ abest vt resideat, vt intumescat etiaʒ amplius. E diuerso euenit̃ morbo Regio pp obstructionem iocinoris affectis, vidistis. aperto enim ante viscere medicamentis ea vi prędítis, si medicamentum deinde, quod bili ciende est detur, plurimuʒ superflui humoris vacuatur, & laborans e vestigio ab affectu vindicat̃. His ꝑportione scitis respondere, quos pituita, aut atra bilis sollicitat. Plurimū siquidem molesti vacuatur humoris, laborantes autem maximum commodum percipiunt. Quare si trahūtur ex

his qui purgantur, talia: medicamenta vero omni ætate & tpe purgant, semp sunt in hominis corpore quatuor humores. Par erat enim, vt est ante dictū vnum certe anni tp̄s, aut ætatis hominis hn̄s sanguinem solum ostendere: modo esse verꝝ eoꝝ placituz ponatur, qui sanguinem solum humanam esse naturam astruunt, hoc perinde est, ac ex sanguine solo fictas oēs esse eius partes, soloq; sanguine semper ali. Sāguis iam cū bifariam dicatur: tum hic, quez in venaꝝ sectione & vulnerib⁹ euacuari videmus, vtriusq; bilis & pituitæ, vt docuimus, participem: tum purus ille & integer, alijs humoribus non confusus. Ex sanguine f̄m priorez significationem formari fœtum fortasse veruz sit: ex sanguine f̄m scd̄am, non item. Nū quam enim solus ille in prægnantibus est. Quid autem sermoni fortasse adiecerim, non esse obscuꝝ vobis arbitror. In commētarijs.n. de semine, corporis plerasq; partes ex semine apertum est fieri, cum solæ carneæ ex sanguine f̄m

gantur. At quatenus seminis parua ẽ in vteɽ deiecta moles, nutrit aũt istud & auget sanguis, hactenus corporis p/tes ꝓpe oẽs ex sanguine fingi dixeris. ꝓ eo vero quod ex sanguine semen suam generationem ꝯsequutum est, qui ex sanguine fœtum generari dixerit, rẽ ipsaꝫ dicere videbitur. at non ex mero quidem sanguine, & alioɽ experte humoɽ, sed ex eo, qui ꝭm excellentiam nomen est sortitus. Habes oẽm pñtis orationis sententiam: cognosce iaꝫ singula in ea dicta. Primum faciundũ mihi est, vt commune nõ tm̃ Medicoɽ, sed oium ẽt Gręcoɽ institutum aperiã, qui bilem sine adiuncto, cum pallidã significare, aut flauam volunt, noiant. Atq; quod hæc ambo nomina in vna humoris specie vsurpantur humiditate & siccitate differentis, duduꝫ diximus. Reliquas quasuis biles non sine appẽdice ꝓferunt, æruginosam appellãtes, aut atram, vel rubram, vel porraceam. Ad hæc, alteɽ est in loco, quem nunc in manibus habemus, interpretandũ:

cum ait. Dum in se spiritum attrahere, & vicissim dimittere valeat. Palam. n. est, velle eum inspirationē trahentibus respiratorijs instr̄is externum aerē administrari, & dimittentibus, expirationem. Superest tertium, cum ait: Dū aliquo priuetur cognatorū. Vult. n. non modo, vbi sanguine priuatur, verū etiā vbi vel pituita, vel bili, tam flaua quā atra, mortem adferri animanti. 29

Qui autem vnum esse hoīem putant, hi mihi propterea in hanc opinionē venire videntur, quod ex ijs qui epotis medicamentis in īmodicis purgationibus animam egerint, hos bilem, illos pituitā euomere conspicati, putauerunt hominem eorum singuli illud esse, quod per purgamenta morientem reijcere conspexissent, Eadem nituntur ratione, qui hominem dicunt esse sanguinem., quoniā cruorem, qui sibi ob oculos ex iugulatis hominibus manans ponitur, animam

eſſe hominis putant. Hæc ſunt, quibus omnes iſti vtuntur in ſuis diſputationibus, argumenta.

Qui dicunt, inquit, quod vnum ſit homo: perinde quaſi multi dicerent, non vnus. Quibus igitur ſunt adducti argumentis, qui ex quatuor humorib⁹ vnum aliquez generando homini putarunt ſufficere, ipſe cōmemorat Hippocrates. q̃ apud nos, vt ait, leuia ſunt, illis ea probantur. Nam in immodicis purgationibus aliū alius alio atq; alio prorſus euacuato humore mori videntes, vnum humorē illum hominis eſſe naturam putauerunt. 30

Tametſi primum quidem in immodicis purgationibus nullus dum mortuus eſt quiſquam, cui fuit ſola bilis purgata. Sed ſumpto medicamento quod bili mouendæ eſt, primum bilem, mox pituitam, inde atram bilem & quidem per vim, tum demum ſanguinem etiam

euomunt purum.

Hic iterum consuetudinem Græcorum commemorat, bilem sæpe appellantium sine adiuncto, flauam: atram vero, sine adiuncto nunquam. Totius vero huius sententia orationis aperta est: mori dicit vno tantum expurgato humore neminem. semper enim vna alios cum illo humores effundi. 31

Eadem accidunt his, qui sumunt potiones pituitam mouentes. Primum.n. pituitam, deinde bilem flauam, postea atram, postremo sanguinem purum euomunt, deinde moriuntur.

Euacuatum humorem, qui medicamento purganti familiaris est, mox cōsequitur primus, qui vacuatur præter alios facillime. Sub hūc, qui in hoc genere secundum ordinem est sortitus. Deinde omnium nouissimus sanguis: pro eo quod familiarissimus naturę humor est. de quo istud quidem libere dixerim, si solus quidem non est homi-

nis natura, omnium certe aliorum est familiarissimus. 32

Nam medicamentum, cũ corpus intrarit, primo id qđ sibi omniũ maxime ex ijs quę in corpore insunt, natura cognatum est, agit, inde reliqua trahit & purgat, quẽadmodũ stirpes & semina, vbi sint terrã ingressa, id qđ in terra inest, suæ naturæ accõmodatũ singula attrahunt, acidũ, dulce, amarũ, salsum, & oĩmodũ. In primis igitur ex eo plurimum, qđ sibi naturali propinquitate maxime cõiunctum est, alliciunt. tũ cætera deinceps attrahũt. Haud secus medicamenta faciunt in corpore. Etenim quæcũq; bilẽ ducũt primũ meracissimã bilem purgant, deinde mixtam. Pituitæ item medicamenta, primũ meracissimam pituitã cient, postea mixtam. Et iugulatis sanguis fluit primo quidem

feruentissimus, atque rubidissimus, mox fluit pituitosior ac biliosior.

Clara hæc sunt Hippocratis verba, testimonia superioris orationis scribentit, vbi dixit. Medicamentum postquã in corpus assumptum sit, primum trahere humorem sibi familiarẽ, deinde etiam alios. Nec prætereundæ nobis plantæ sunt, quas aut itidem ad se trahere, vnamquãque id quod naturæ suæ est, amicum. continere namque in se terram, acidum, dulce, amarum, salsum, & omnimodum. Quemadmodum et hominem: acidum, atram bilem: amarum, flauam: dulcem, sanguinem: salsum, pituitam. est enim eiusmodi quędam pituita: vt dulcis alia, & alia acida. tametsi alia est, quæ nullam habet insignem qualitatem. Ideoque adiecisse mihi ad exitum orationis videtur, & omnimodum. Non modo pituitæ tantum differentiarum numerum videas, sed & cæterorum humorum. Nam vt acidum, dulce, amarum, & salsum, ita

acerbum, austerum, acre, & pingue humorum species sunt, & in animalibus, & plantis: atq; eadem rõne in terra. 33

Hyeme increscit in hõie pituita, qđ hęc præcipue, ex ijs quę in corpore insunt, huic tẽpori cõueniat, frigidissima enim est. Huic rei, scilicet pituitã esse frigidissimã, est argumẽto, si pituitã, bilẽ, & sanguinẽ tãgere libeat, pituitã profecto omniũ frigidissimam repias, etsi sit lentissima, ac nõ nisi sũma vi post atrã bilẽ ducatur. Quæ. n. per vim trahuntur, hæc propter violentiã feruentiora redduntur. Sed tamẽ ad hæc oĩa pituita suapte natura multo frigidissima apparet. Quod aũt hyems corpus pituita impleat, tibi his vestigijs patebi spuũt homines, & emungunt hyeme ꝑtuitosissima: atq; œdemata alba ijs potissimum hoc tẽpore generantur, alijq;

morbi pituitosi.

Manifesta est hæc oratio, lectorem desiderans attentum, non interprætem ipsam declarantez. Porro ad finem est adscriptum, aliiq; morbi pituitosi. Ergo ex eiusdem scriptura, orationis hic sensus elicitur. Oedemata alba fere oriuntur hyeme. Etenim alij quoq; pituitosi morbi hac tempestate vigent. vt sunt scilicet omnino febres æstate biliosiores, ita hyeme pituitosiores. 34

Vere aũt pituita in corpore adhuc valida manet, & sanguis crescit. tũc. n. frigora remittuntur, & pluuiæ succedũt. Itaq; tũ ex imbribus, & diei quoq; calore sanguis augetur. cuius naturę id anni tẽpus, qm̃ humidũ est & calidũ, maxime accõmodatũ est. Cuius rei indicium est, quod homines verno, æstiuoq; tẽpore potissimũ torminibus corripiũtur, ac sanguis de naribus fluit, & calidissimi sunt atq; rubidissimi.

Locus hic planus est. Dictum autem est primo de temperamentis libro, rectius temperatum ver, quam humidũ & calidum dici. Suberat tamen causa, cur calidum & humidũ dicere ver nõnulli Philosophi sunt inducti. Sic enim in temporibus anni hoc dicunt esse humidum & calidum, vt in genere corpore præditorum, animalia: hæc cũ plantis conferentes: ver autem cum autũno, optimum inter tempora anni, & solum, vt ita dicam, prorsus naturaliter affectum, illi quod præter naturam cõstitutum est. Abundare autẽ vere sanguinem, præter alia, hoc argumento ẽ, quod tum tormina vigeant, quæ cruenta appellant: non hæc quæ ob bilem vellicant intestina. De cruentis his torminibus quarto in librum de articulis commentario verba feci, declarans hũc affectum fere nasci venis sanguine affluentibus, qui affatim deinde a natura per intestina excernitur, ita vt per vterum mulieribus: quibusdam per nares, aut hæmorrhoides, aut vomitus. Con

iunxit autem cum vere æstatem ter-
minum ratione, atq; ob ruborem colo
ris. Nam vere genitus sanguis ex suo
calore rubrum colorem vniuerso cor-
pori inducit, perque sedem nonnullis
excernitur. Calorem porro, si tangas
eos, iam tum præ se ferunt homines.
cuius causa est sanguis, atq; adeo cir-
cundans nos aer. 35

*Aestate vero adhuc sanguis viget,
sed bilis suppullulat accrescitq;, & ad
autũnum vsq; pertinet. Autũno sanguis
imminuitur, quia eius naturæ istud tē-
pus contrariũ est. Bilis æstiuo simul &
autũnali tempore corpus tenet, qđ hinc
discas, Homines hac tēpestate, & spon-
te sua bilem vomunt, & per medicamē
torũ potiones biliosissimis purgantur.
quod item ex febribus, & hominũ qui-
busdam coloribus patet. Pituita æstiuo
tēpore multo quã ante est imbecillior.
nam hoc tēpus eius naturæ ob calorem*

ſiccitatemq; vehementer aduerſatur.

Aeſtate atq; potiſſimum initio eius copioſus eſt Vere auctus ſanguis, vt qui ab ambiente calore nondum eſt diſcuſſus. Increſcit aũt bilis, eo quod in præſenti præter naturam excalfiat corpus. Hic rurſus bilem nõ appoſito coloris nomine, flauam appellat: nunquam atram hac ſimplici appellatione nuncupans, cæterum indicate coloris nomine. At ſingula verborũ Hippocratis capita animũ aduertentibus clara ſunt. 36

Autumno ſanguis pauciſſimus efficitur in homine. quoniã autumnus ſiccus eſt, & hominem iam refrigerare incipit. ſed atra bilis autumno q̃ plurima eſt & potentiſſima.

Superiori oratione ſanguinem dictum eſt autumno imminui: quod eius naturę ſit aduerſarius. nos, qui aduerſarius ſit, expoſuimus. Si enim ſimiliter atq; ver, calidus ſanguis & humi-

dus eſt: autumnus autem (vt ipſe dixit) ſiccus, & hominem refrigerare incipit: contrarius merito eſt Veri Autumnus, ac humorem ſanguini contrariũ habet redundantem, ſiccum & frigidum. qui optimo iure eiuſmodi euaſit, propterea quod ante humores deuſti erant æſtate. iam quod ex deuſtis illis reliquum eſt, reſtincto quidem calore, frigidum ſiccumq; redditur: frigidum, ob calorem extinctum: ſiccum, quod eius omnis, dũ aſſaretur, ſit conſumptus humor.

37

Ineunte hyeme bilis, quia iam refrigeratur, imminuitur, & pituita de integro augetur: tum a frequentibus pluuijs, tum noctium longitudine.

Dominantem ſingulis ex quatuor temporibus humorem temperamento vult ipſi tempori eſſe ſimilem. Vñ fit, vt frigida & humida appelletur pituita iuxta ac hyems, & calidus humiduſq; ſanguis, vt ver: calidam & ſiccam, vt æſtatem, ita & bilem flauam

esse dicit: & atram, quemadmodum Autumnũ, frigidam & siccam. Quod igitur quibus dixi temporibus singuli humores incrementum sumunt, ante confirmauit. nunc causam adducit, cur maior Hyeme sit pituitæ copia: ob frequentiores, inquit, pluuias, & noctes longiores. quod perinde est ac si dicas: quod humidum sit frigidumq; hoc tempus. Humidũ esse probatur, pluuiarum multitudine: frigidum, noctium prolixitate. Siquidem caloris, quo præditus est ambiens nos aer ęstate, auctor sol est quitum ascendit prope supra verticem nostrũ, & diem longiorem efficit. Idem item frigiditatem Hyeme inducit, quod obliquus & humilis pauco tempore super terram feratur. Vult autem Hippocrates cũ ambientis nõ aeris statu vna animalium corpora affici. siccari in siccis eius temperamẽtis, humectari in humidis. Hoc pacto etiam calfieri in calidis, refrigerari in frigidis. Quare si humida hyems & frigida est, merito in ea, frigida & hu

mida, valet pituita. nam ostẽdit & hoc ante. Huic assentit & aliorũ ratio temporum. æstate, flaua bili dominante, quãdo sicca & calida facultate est. Vere, sanguine, humido & calido humore. Etenim Ver esse ait calidum & humidum. Autumno, atra bili, nempe quæ iuxta ac hoc tempus sicca est. Quæstio igitur non parua oritur de veris temperamento, quo pacto calidum & humidum dicatur, quod, cum eã de re sermonem haberem, temperatum satius dici ostendi. Atq; constat, eadem etiam ratione non calidum & humidum debere dici sanguinem, sed temperatum. Ac magis quæras, quod huius libri interpretes præterierunt, de pituita: quæ habet frigidam substantiam & humidam, & hæc Hyeme generata. Qua vero causa inductus, nõ minus inquirendum esse dixi, iam tibi expediam. Dixit in aphorismis ipse Hippocrates. Ventres Hyeme & vere natura calidissimi, & somni longissimi. Per hæc tempora alimenta copio-

ſiora ſunt exhibenda. Etenim tunc calor natiuus plurimus eſt: nutrimentū ergo largius requirit. indicio ſunt ætates & athletæ. Iterum. Aeſtate & Autumno cibos difficillime ferunt, Hyeme facillime, ſecundum locum Ver tenet. Hæc ſi vera ſunt, & pituitam humorem eſſe frigidum, non temperatum, vt eſt ſanguis, agnoſcimus: quomodo Hyeme augebitur? Conueniebat enim ex alimento commode cocto, ſanguinem magis, quam pituitam generari. Qui igitur hæc dubitatio diſſoluetur? Dicam, quod ſentio. Sunt quidem calidiſſimi ventres per hyemem naturali colore, hoc eſt, temperatiſſimi. Corporis partes e diuerſo plus refrigerantur hyeme, ipſeq; adeo venter quibuſdam, aut ex itinere, aut ob veſtium inopiam, aut exercitiorum genus, aut eiuſmodi quippiam. Omne igitur ambientis aeris frigus quam poteſt pœnitiſſime in corpus ſe inſinuat. Quibuſdam vero etiam ad ventris vſq; regionem penetrat, vti eſt

declaratum. Itaq; vt, percocti ſint in veutriculo ſumpti cibi,in hepate certe dum mutantur,non abſolutum aſſequuntur ſignificationis,vt ſic dicam cultum,ſed aliqua in ea offenſio exiſtit. Quo minus venæ totius corporis mutant illos refrigeratæ. Hunc accedit ciborum multitudo, qui Hyeme ſumuntur,quibus qualitates quoque ſunt pituitoſiores. Multa enim edunt legumina hyeme,multo plus panis q̄; alias,ſiliginem,rhyemata, holera,ſatiuas rapas,& carnes multas:hæc plane pituitoſa,vt agnos:illa,niſi probe elaborentur,quod genus aprorum carnes ſunt,maxime porcorum. Pręterea,bulbis, cochleis, caſeo, & aliјs eiuſmodi multis tota hyeme veſcuntur,q̄ promptein pituitam vertuntur. Atq; etiam recens vinum pleriq; bibunt,quod eſt natū ad generandā pituitaꝫ. Quibus fit,vt hyeme copioſior ſit pituita. 38

Hæc igitur omnia habet perpetua corpus humanum. quæ a tempore de-

generante, modo vltra modum augentur, modo imminuuntur, vnumquodque pro parte & natura.

Omnia, inquit, prædicta, hoc est, quatuor humores habet corpus humanum per omnem vitam. hoc illi significat perpetua. Hæc pro temporum mutationibus augentur, minuunturque. A tempore degenerante enim, idem est illi, quod transmigrante, hoc est, quod demutatur, ac transit in aliud sibi continens. Deinde, augeri minuique hæc dicit pro parte & natura: Quidam accipiunt pro parte, de corporis partibus esse dictum: quidam contrarium huius pro natura: vt hæc dicat. Semper corpus humanum quatuor commemoratos continet humores: copiosiores autem & pauciores pro anni temporibus & natura, quod oratione inuersa si proferas, sensum sis conducibilem & verum assequuturus. Nam humorum copia pro temporibus, vbi naturaliter dispensatur annus, mutatur.

atq; ꝑ totius anni temporibus, etiam ſi minus diſpenſetur naturaliter, differentia in quantitate naſcitur humorũ. Quin & de anni temporibus partes interpreteris licet. 39

Nam vt annus omnis omnium eſt, & calidorum, & frigidorum, & ſiccorum, & humidorum particeps. neq; enim quicquam in hoc vel minima temporis parte conſiſteret: ſine reliquorũ omnium, quæ in hoc mundo ſunt, conſortio. Immo ſi vnum etiam deficiat, omnia ſimul aboleantur. quippe omnia & ab eadem ſunt conſtituta neceſſitate, & a ſeſe inuicem aluntur.

Calidum, frigidum, humidum, & ſiccum: quod non per excellentiam appellatur, aut intelligitur: ſed elementale dicit. quod in propoſito ſermone declarauit, omnem docens annum omnium eſſe participem. Neq; enim oíum, quæ præpollẽt, particeps eſt omnis an

nus, ſed elementalium : tota quidem hyems, humidi, & frigidi: æſtas, ſicci & calidi: autũnus, frigidi, & ſicci. Quod dilucidius ẽt oſtendit: cum dicat, vt cæ tera quoq; diſſoluátur, fore, ſimul atq; vni iſtorũ contingat periiſſe. Nam vno pereunte elemento reuera dixeris cor-rumpi, quod ex ijs conſtat. Secus, vno ex illis pereunte, quæ ex vincentis no-mine appellantur: cum pprium ſit verũ. Vbi perdatur aliquod ex ijs quæ præ pollentis nomine appellantur, ſaluuz eſt, quod ei aduerſatur. Si enim æſtas non ſit, hyems eſt: ſi non hyems, ęſtas: Et ſi non ſit Ver, autũnus: ſi non autũ nus, ver. Sin autem calidum elementũ ſemel ſuſtollatur, concreſcet humiduz, caloris inopia: tollitur omnino ſol: nul la planta erit, neq; animal, reliquuz. Si item frigidum pereat elementum, vni-uerſa ignis erunt. Et ſi ſiccũ, aqua erũt omnia. itaq; interibunt omnia quæ in mũdo ſunt genita corpora. Propterea dixit corpora mundi elemẽtalia ex ſe ſe nutriri mutuo. Nam abſolutum el

mentũ mente potius apprehẽditur, q̃
ſubſiſtit. Qđ vero ꝓpe cum illo idem
eſt, ex eoꝝ eſt, quæ ſubſiſtũt numero.
Nam ſi abſolute humidam & frigidaʒ
cogites aquam fieri, non manebit iam
acqua: concreſcet enim mox, & conſi-
ſtet, & fluere deſinet. Ita terram ſi pror-
ſus ſiccam & frigidá cogites, erit id ad-
amante corpus durius. Quę ſi euadat
eiuſmodi, generationeʒ deſinent plan
tæ. hac deſita, ſimul alimentum corrũ
petur animantium. atq; ſi hoc, nimirũ
& ipſa animantia. Per excellentiam er
go quando elementum intelligitur ſic
cum & frigidum, tunc terra, quę in mũ
do eſt, ſiccum eſſe & frigidum corpus
dicitur: & aqua, humidum. Iam & ip-
ſe habet ignis partem aereæ ſubſtãtię,
non ſecus atq; fumoſę. ad hæc non ob
ſcure pro nutrimẽto humiditatem po
ſtulat: id quod lychnorum flammę in
dicant. Proinde ex ſeſe mutuo habent
nutrimentuʒ mundi elementa. Vnde
apud eſt Platonem idem vt ſibijpſi ali
mentum & marcorem ſuppeditet: &

cuncta in ſe ipſo & a ſe ipſo tum patiatur, tum agat, ex arte cõparatũ eſt. 40

Simili modo homo, ſi quod illorum eum deficeret, quæ cognata ſunt, viuere non poſſet,

Cognata appellat ſanguinem, pituitam. & biles. quandoquidem fœtus p̃mam figuram ex matris eſt ſanguine omnium participe conſequutus, ac incrementum, nutrimentumq;. *S*i igitur prorſus ex corpore noſtro aboleatur, aut humidum, aut ſiccum: vel calidũ, vel frigidum, ſtatim corrumpentur humores, qui humidi, ſicci, calidi, & frigidi ſunt: non illi quidem meri & immixti, ſed quia ea in qualitate alijs pręſtãt, ita nominati. Nam pituitam humidã dicimus, & frigidam eſſe, non quaſi cõtrariorum expertem, ſed quod ĩ ea humidum & frigidum dominentur. Quę ſi plane frigida tantum foret, vt cryſtallus ſit coacta. *Sic* ſi ſemel humida ſit, neq; craſſa, neq; foret lenta. Idẽ de bilibus ſtatuas. Nam eſt flaua, ſicca: atra

ſicca & terrena eſſe dicitur. cui tamen aliqua eſt humiditatis pars. alioq́ humor non ſit, cæterum duruʒ corpus, vt adamas. Eadem ratione frigida eſſe dicitur: quod plus habeat frigiditatis, q̃ caliditatis. quę ſi vndequaq; ſit frigida, inſtar cryſtalli congeletur. Sed horum quid refert meminiſſe? quádo ſanguis ille qui temperatiſſimus videtur, talis dicatur: quod in ipſo nullum ſuo contrario magnopere præcellit, nec calidũ frigido, nec calido frigidum, nec humidum ſicco, vel ſiccum humido. Poſtea quam vero & ipſe indiget ſanguis quatuor qualitatibus, humiditate, ſiccitate, caliditate, & frigiditate, nemini dubiũ eſt, quin cum reliquis humoribus poſtulet commiſceri. Quo fit, vt temperatiſſimus ſanguis pituitæ ſit, & flauæ, atræq; bilis particeps. Eſt alia præterea naturalis conſideratio non contẽnenda. Hæc ad proborum generationem morum in primis referre quatuor humores docet. Sed hic rurſus demonſtraſſe prius conuenerit, animi mores

corporis subsequi temperamenta: quã rem alibi tractauimus. Atq; hoc constituto, animi dexteritas, & prudentia a bilioso humore proficiscetur: integritatis & grauitatis erit auctor, humor melancholicus: sanguis, simplicitatis & stupiditatis. Pituitæ natura ad morum cultum nihil facit. quare in ciborum p̃ma mutatione generari videtur. 41

In anno autem, modo hyems maxime, modo Ver, modo Aestas, modo Autumnus valet. Haud aliter in homine, interim pituita dominatur, interim sanguis, interim bilis, primum flaua, deinde atra.

Aperta est Hippocratis oratio ostẽdere parantis, vt in anno nũc humidũ viget & frigidum, & vocaturq; hoc anni tempus, hyems. Nunc humidum & calidum, tempore veris, aliquando siccum & calidum, quæ vocatur æstas. postremo horum siccum & humiduz, in autũno. Ita in homine præstat: hye-

me piruita, humor humidus & frigid⁹. Sanguis Vere, calidus humor & humidus. Flaua bilis æstate, quæ facultate est calida & sicca. Atra autumno, sicca & frigida, vt ipse etiam autumnus. 42

Cuius est argumentum euidentissimum, si quater per annum idem eidem homini medicamentum exhibere velis, hyeme tibi euomentur pituosissima, vere humidissima, ęstate biliosissima, autumno nigerrima.

Clarissimum dicit argumentum esse prioris orationis vbi singulis anni tẽporibus singulos dominari humores dixerat: quod eidem exhibito medicamento vomitũ mouente, vicibus quatuor, sit hyeme vomitus pituitosior, vere humidior, biliosior æstate, & nigrior autumno. 43

Cum igitur hæc ita se habeant, par est morbos, qui hyeme augeantur, æstate finiri, & contra, qui ęstate creuerint,

hyeme terminari: nisi intra dierum circuitum discedant. Circuitum autem dierum alias exponam. Vernorum morborum in Autumnum expectanda liberatio est. autumnalibus autem Veris tempore defungamur, necesse est. Hæc vero quisquis stata tempora superauerit, hunc fore annuum scire oportet.

Huius orationis bifariam scribitur initium: ab his ὀφείλει, ab illis φιλεῖ γοῦν τουτέων οὕτως ἐχόντων, quod est idem ac προσήκει, quod nos par est vertimus. Vsurpant enim hoc vocabulum interim pro par est. reliqua huius orationis obscura non sunt. Vult enim morbos diuturnos, & qui non per circuitus fiũt dierum, sed mensium, eo solui tempore, quod illi, quo hominem inuaserũt, contrarium est, hoc est, septimo mense. quibus non solutis, annuum tum dicit morbum effici. Hęc dictio annuus, eũ potest denotare, qui post annum primæ suæ generationis discedit. potest &

eum, qui ſeptenum annorum ambitũ amplectitur, vt illi, qui ſeptenum menſium. Siquidez in Aphoriſmis in hũc modum ſcribit. Plurimę paſſiones pueris iudicantur, hęc decimo quarto quoq; die, ille ſeptimo quoq; menſe, aliæ ſeptimo quoq; anno, nonnullæ ad pubem vſq; pertinent. 44

Sic Medicum ad morbos accedere oportet, tanquam ſingulis horum dominantibus in corpore pro anni tp̃e, qđ potiſſimum diſpenſatur naturaliter.

Totius præcedentis de anni temporibus ſermonis vſum hoc loco docuit: oſtendens commentationem de ætatibus, regionibus, exercitijs, & quotidiano viuendi inſtituto eandem præſtare commoditatem. Horum habita oĩum ratione, medico conſiderandum eſt, qui præpollens humor aut qualitate, aut ſua facultate, qua in corporis parte abundet. Nam ſic quidem Medicum ſe optimum præſtiterit, quemadmodum in medendi commentationi-

bus

bus traditur. Hoc libro cum esset Hippocrati corporis nostri naturam inuenire propositum, hac methodo ad inuentionem vsus est. Primum simplex an multiplex esset, quæsiuit. quod vbi esse multiplex comperisset, simpliciuz deinde in eo substantiam, ecquæ sit inspexit, hoc est, quam habeat aut ad patiendum ab aliquo, aut agendum, facultatem. Qua de causa temporum & ætatum fecit mentionem: considerans quomodo inuentis elementis cuz illis conueniat. Inuenit præterea soluendorum morborum prædictiones & curationes ad eosdem esse reducendas scopos. Qui duz elementa corpus nostrũ constituentia inuestigat, interim quoq;, quæ reuera sunt mundi elementa, explicauit. Nam subinde, abutentib⁹ hoc vocabulo nobis, simplices ĩ cuiuslibet rei constitutione partes, primæq;, illius rei elementa dicuntur. *Sic* musica elementa, Rythmica, Geometrica, Arithmetica, orationis, vocis, & demõstrationis appellarunt. Ita etiam Plato

centum ait plaustri esse dicta elementa ab Hesiodo: qui scripsit.
Plaustri lignaq; centum.
Hoc modo quæ appellantur singulis in rebus elementa, non plane sunt simplicia neq; prima. At vero illa omniũ rerum communia, & simplicia & reuera sunt prima, propriæq; nominantur elementa, quæ a qualitatibus Hippocrates calidum, frigidum, humidum, & siccum denominat: nõ quæ in medio sint extremoruz, sed ipsa illa extrema: ignez scilicet, terram, aquam, & aerem. Itaq; Plato eum vult, qui de animę natura commentatur, hanc methodum subsequi. Neq; enim satis singulas posse res citra vniuersi naturam cognosci. Sed ipsa tibi verba Platonis adscribo: quæ sic habent. Quid? tu animæ (inquit) naturam probe absq; vniuersi natura assequi te posse existimas? Quin (si quid Hippocrati credimus Asclepiadæ) ne de corpore quidem citra hanc rationem. Recte ille quidez Amice: faciundum tamen est, vt ad Hippocratẽ

expendamus disputationem, confideremusq; num consentiat illi. Recte. Quid igitur dicit Hippocrates: & veritas? num sic? operæprecium est rei cuiuslibet naturam considerare: Primũ, simplex ne sit, an multiformis, cui⁹ nobis comparare scientiam volumus, & eam facultatem, vt alijs illam tradere possimus. Deinde, simplex si sit, aiaduertenda illius facultas est, ecquam ad actionem habeat: aut ad passionem, comparatam. At multas si formas habeat, his enumeratis, quod in vna, hoc in vnaquaq; videndum: ad quid scilicet faciundum sit, aut ad patiendũ ab aliquo nata. Atqui hæc cum scripserit Plato in hunc modum, monstret aliqs nobis, qu o præter hunc de natura humana libro liceat hanc methodum inuenire, q̄ si nequeat, nullum q̄rat Platone testem digniorem fide, qui legitimum hunc esse Hippocratis librũ confirmabit. Et vt mittam alia, proxime discipulorũ eius memoriæ successit Plato, quoruz si cuius hic liber esset, scripto

ris ei nomen fuiſſet præſcriptum. Nam ante ætatem Regũ Alexandriæ & Pergami, inter quos erat ſumma contentio circa comparandos veteres libros, nullus vnquam liber falſam præſcriptionem habuerat. Verum vt primũ accæperunt præmium, qui antiqui cuiuſpiam auctoris libros iјs offerrent, tũ demum multa falſa inſcriptione inſignientes attulerunt. Sed hi floruerunt Reges poſt Alexandri obitum. Plato ante, quam Alexander rerum potiret, illa ſcripſerat, nulla dum adulterata inſcriptione, ſed quolibet libro ſuum ſcriptorem titulo præ ſe ferente. Plato igitur ad Hippocraticæ Methodi præſcriptionem, de animæ ſe natura contemplari profitetur: ita vt ille de corporis natura. Neq; hoc alio modo fieri confirmat poſſe ante, quã vniuerſi cognoſcatur. At enim ſunt, qui in tanto errore verſentur, vt tam præclaram methodum alterius eſſe poſſint in animũ inducere: quod non pœnituit primũ huius tantæ, tanq; ſuſpiciendæ rei inuen-

torem, eius scribere demonstrationem? Quis enim eum qui omnium generationi internetioniq; obnoxiorum corporum elementa inuenit, singulari nō dicet, stupendumq; factum designasse? Quis autē multo esse singularius negabit, demonstrationibus hæc confirmasse? Eaq; adeo qui non versibus totis trecentis, sed longe potuerit paucioribus complecti. Nam in omnibus medicamentorum & præsagiorum inuentis, Hippocratem elementis vti, vt demonstratis: nusquam autem eorum demonstrationem docuisse, cui ꝓbatur? Hæc igitur tanquam cumulū adieci, hunc ostendens esse Hippocratis germanum libꝝ. qua de re tamen, cuius nihil interest, minus est contendendum: de veritate autem eorū, qui in ipso libro traduntur, vehentius laborandum. Hoc in libro de elementis secundum Hippocratem præstiti, quē cum probari omnibus doctis viderent æmuli, frigidam caussā attulerunt, nō esse Hippocratis librum iactantes. Cæ

terum hæc illum ſtatuiſſe, & hæc ſingu lis libris componendis ſemper ſpectaſ ſe, in confeſſo eſt. Poſtquam vero ijs impudenter contradicunt inuidi, quæ omnes ſine controuerſia comprobát, ideo opus aliud conſcripſi, hac inſcri ptione. Quod in alijs operibus idem ſentire Hippocrates, ac in libro de humana natura videtur.

FINIS GALENI PRIMI Commentarij in Hippocratis librum de humana natura.

GALENI IN LIBRVM de humana natura Commentarius secundus, Hermanno Cruserio Campensi interprete.



Psum de natura humana librum priore commentario exposuimus. Núc illa aggredimur, quę illi nale sũt adiecta, & hęc concinnata. Vnus est enim liber pusillus, in quo de valẽtium agitur victu. Hęc Polybi lucubratio, qui Hippocratem audiuit, videtur esse. Quod inter hunc & illum de natura humana interiacet, instructum est interiectumq; ab illo, qui in vnum primus coegit duos hosce libros, de natura Humana Hippocratis, & Polybi de salubri victus ratione. Nam qua tempestate mutuum inter Attalum & Ptolemæum reges certamen de libris comparandis esset, tunc demum qui mercede adducti ad reges adferrẽt clarorum

virorum ſcripta, inſcriptiones cœperũt & digeſtiones illorum adulterare. Ergo cum vterq; hinc liber foret minutus & de natura humana & de victu ſalubri, arbitratus ob exilitatem aliquis neutrum eorum magni prętij forte, in vnũ ambos redegit. Mox alius fortaſſis, vel adeo ipſe ille, qui hos princeps coniunxit, nonnulla duobus interſeruit hæc, quæ iam ſum aggreſſurus.

Sunt præterea hæc cognoſcenda. Quos repletio parit morbos, vacuatio his medetur. Quos excitat vacuatio, curat repletio. qui ærumnæ ſoboles ſunt, curantur abs requiete. Quos ſupinius otium morbos creauit, ijs ærumna remedio eſt. In ſumma medicus repugnet oportet præſenti tempeſtati, morbis, formis, anni, temporibus ætatibus, contenta laxet, contendat laxata. Ita enim potiſſimum moleſtiam diſcuſſerit. Accuratio mihi hæc videtur eſſe.

Totius huius orationis Dioſcorides ſingulis verſiculis notam præfixit quē obeliſcum appellant. quo ſigno apud Poetaz Ariſtarchus ſibi ſuſpectos ver ſus notauit. Atq; hæc ſcripſit Dioſcori des, conijciens Hippocratis hoc caput Theſſali filij eſſe. Duo enim hi filij fue runt magni Hippocratis, Theſſalus, & Draco, quorum etiam vterq; Hippo crates genuit. Atq; hæc in hac oratiōe dicta ſunt. faciundum vero & nobis ē, ea vt conſideremus, ſingulis capitibus ſigillatim præpoſitis. 1

Quos repletio parit morbos, vacua tio his medetur.

Non idem eſt, ſi dicas morboruz eſ ſe continentem cauſſam repletionem & vacuationez, ſingulaq́; inſequentia: atq; ex repletione oriri, aut alia ex re. Etenim eſt verum quoſdam morbos generari ex repletione vel a repletiōe. Nihil enim intereſt, hoc an illo modo loquare. At prauuz eſt, morbi repletio nē cauſſam eſſe continentem. Nā mor

bus quidem ipse affectio quædam est in animantis corpore, primo actionez lædens, id quod in libro de morborum differentijs declarauimus. At repletio, primo quidem functionez nihil offendit, id quod etiam in libro de plenitudine fecimus planum: veꝝ altero quopiaz intercedente vitio. quod Erasistratus aliter, Asclepiades aliter, alio etiam modo medici, qui Pneumatici sũt nominati, statuerunt oriri. Sed pluribus nos quoq;, quemadmoduz morbi ab vtraq; plenitudine gignantur, diximꝰ. geminam enim demonstrauimus esse plenitudinem, alteram vt ad vires, alteram vt ad vasorum cauitatem. Illa vt ad vires, tum inficit humores, tum in membra imbecilliora fluxionẽ immittit. Altera vt ad infusionem, & ora vasorum recludit, & ea dirumpit. Est cum mortem afferat repentinam, vbi obturet corporis perspiracula. Itaq; curatio dicitur etiam eoꝝ, quæ efficientia sunt morborum, nedum generatorum iam morborum. Quod si nomen propriũ

horũ vſurpes, προηγούμενα morbi(latini abditas vocant)id genus cauſſas dicas, vt fecit Athenæus. Iã a quibus hæ ipſæ abditæ originem trahunt. Latine euidentes eas, Græce προκαταρκτικὰ & προκατάρχοντα noĩes. Nã copia cibi, cruditates, balneæ, exercitationes intẽpeſtiuæ, deniq; omnia, quę retuli in cõmentario de cauſſis euidentibus, abditas cuiuſq; cauſſas morbi inducunt. 2

Quos excitat vacuatio, curat repletio.

Author huius capitis parum mihi rite videtur hic nomine repletionis vti: cum ſoleant omnes nõ medici modo, ſed & cæteri Græci potius exceſſibus modicæ quantitatis vocabulum aſſignare repletionis. non tamen vacuationem contrario corrigere exceſſu. Attẽde igitur deinceps pro exceſſibus propugnantem orationem. Nam cibi cũ quidam mediocres ſint, vt ad cuiuſpiã habitum, valentis: defectum & exceſſũ ad hos accipies collatos. Ac vacuatus qui eſt, vt prioris ſuæ mediocritatis reſarcire quantitatem valeat, augebit.

Si enim tantundem, vt ante quam va cuaretur, ſumat nunc eſcæ, quod deceſ ſit, haud repleat vnquam. Sed artificis eſt modice eorum incrementum moli ri, neq; intempeſtiue implere vacuatū, neq; ſubito & affatī. At ſunt inter me dicos, qui morborum nunquam vacua tiones cauſſas opinantur fieri. Tantum enim aiunt eas vires debilitare, corpuſ q; adimere: morbum vero ab defectu exiſtere nullum. verum iſtos quidem, qui comitentur morbi immoderate va cuatos, præterit, Siquidem & procliue quibuſuis ex occaſionibus refrigeran tur, & cito rurſus exuruntur, tum laſſitu dinibus tentantur ex facili, omnibuſq; cauſſis externis. Atq; etiam a vigilijs, triſtitia, cruditate, iraq; hi, quam qui p bo habitu ſunt, citius ſolicitantur. 3

Qui ærumnę ſoboles ſunt, curantur abs requiete.

Aerumnas quidem, quæ in motio nibus immoderatis fiunt, appellat. Ita affectos quiete recreandos eſſe omnes

homines & norunt, & faciunt, ac ne cō
ſilium quidem quærunt medicorum.
Iam etiam rationis expertes animan-
tes oſtendimus, non modo homines,
contrarijs nociuorum tollere noxas.
Quos ſupinius otiuꝫ morbos creauit,
ijs ærumna remedio eſt. Ne otium q-
dem primo & ſua ſponte, cæterum in-
teruenientе repletione morbos propa
gat. Corpus enim minus otiantibus di
geritur, debilitanturq; ipſi: ita vtraq; ab
illo repletio excitatur. Igitur vires mo
tus immoderatior non confirmat qui-
dem, ſuperfluum euacuat tamen col-
lectorum humoruꝫ. Vnde liquet, ſi ali
quanto vel in eo nimius ſupra mode-
ratum motum ſit, fore, vt defatigetur
ſenſim homo, at non febricitet tamen.
In ſumma medicus repugnet oportet
præſenti tempeſtati, morbis, formis, an
ni temporibus, ætatibus. Formas vi-
detur appellare corporis naturas, qua-
ruꝫ demonſtrauimus in quatuor tem-
peratione elementorum eſſentiam po
ſitam eſſe. Ergo ijs quæ contrariarum

virium ſunt, non prima ſpecie docui-
mus procurari omneis morbos. Corpo
ris vero natura, id eſt, temperamentū
non reſtituitur omnis per cōtraria. Ne
q; vero vel anni tpa vel ætates. Sunt
etenim tēperata q̄dā, vt alia etiam quę
dam intemperata. Temperatorū con
ſimilibus ꝯſeruatur temperies. Intem
peratorum intemperies contrarijs cor-
rigitur. Verum de his in opere de ſani-
tate tuenda exacte diſputauimus. Cō
tendentia laxet, contendat laxata. Nō
recte atq; ordine oppoſitionem mor-
borum inſtituit. Nam contendenti la-
xantia, laxatis contenta proprie oppo
nuntur. Contendentia enim laxan-
tiaq; de cauſſis dicuntur proprie, non
autem de leſis corporibus. Contra con
tenta & laxata, corpoꝝ ſunt, non mor
borum nomina contentorum & laxa-
torum: vt etiam durum, molle, rarum,
ſpiſſum. De quibus melius in ſexto li-
bro vulgarium morborum dictum eſt
in illo capite: Cutis duræ emollitio, cō
tentæ remiſſio. Hoc in libro, deinceps

etiam de conspissando actum est, quod rarefactioni repugnat. At hoc idem valet quod densare, sicut densatum idem quod conspissatum. 4

Morbi vero fiunt, partim a viuendi ratione, partim ab spiritu, cuius attractione viuimus.

Viuendi rationem vocant nunc ipsa sola esculenta & poculenta. Sæpe ét eo nomine vitæ sortem complectuntur, quemadmodum nunc dictum accipe. Neq; enim cibi modo & potiones, verum etiam balneæ, exercitationes, otium, vigiliæ, mœror, ira, frigus, æstusq; pariunt morbos. frequenter vero anima, quam adducimus, noxam dat: vt in locis, quæ Charoneæ dicuntur. 5

Vtrosq; hoc modo discernes. ubi multi uno morbo homines corripiuntur eadem tempestate, in id conferenda causa est, quod sit communissimum, quoq; maxime utimur vniuersi. Hoc est, quod spiritu attrahimus. Tunc enim victum cu=

iuſque noſtrum nequaquam in cauſſa eſſe manifeſto conſtat, cum morbus omneis iuxta attingit, tam iuuenes quam ſenes, tam fœminas, quam viros, perinde vinum ac aquam bibentes, tā qui offam quam qui panem commanducant, tam qui multum, quam qui parum laborāt. Ergo non fuerit victus ratio in cauſſa, cum homines quoque victu vtentes in eūdem incidunt morbum. At vbi diuerſis eodem tempore morbis homines afficiuntur, ſuus cuique uictus ſine cōtrouerſia cauſſa eſt.

Quod commune multarum ægritudinem eſt, communem hoc cauſſaꝫ habere recte dixit. vt reliqua huius capitis omnia. At non recte tamen communium morborum ortum in vnum aerem confert. Siquidem qui in Aeno graſſante fame veſcerentur leguminibus, cruribus debilitabantur. Qui vero erua eſſent, hos genuuꝫ dolor corripiebat. Neque

bat. Neq; hoc nos ignoramus, cum in fame quidaȝ frumentũ semiputre coacti manducare essent, in cõmunem cõmuni de caussa incidisse morbum. Aliquando etiam cum vsus infecta aqua esset totus exercitus, similiter afflictos omneis milites fuisse. Cætera huius capitis clara sunt. 6

Ac curationem molieris, morbi occasioni repugnando, vti nos alias declarauimus: & victus mutatione. Neq; sane obscurum est, quibus cibis vti homo est solitus, hos ei incommodare vel omneis, vel plerosq;, vel eorũ certe vnũ. Quos cum exploraueris, commutabis, atq; habita hominis ratione ætatis, formę, temporis, anni, modiq; morbi ad curãdum aggrediere, nunc detrahendo, nunc augendo, vt olim docui ad singulas ætates & tempora anni, & formas, et morbos tam in medicamentis spectandum, quã in victu esse. At vero vbi morbus vnus

vulgetur, plane victus in caussa non sit, sed quod spirando haurimus, hoc caussam sustinet. quod quidem clare morbos quosdam excitat. Hoc tempore hominibus hæc præscribes, victum, vt qui innoxius sit, ne immutent: cæterum corpus curent, vt minime tumeat, & sit debilissimum. de cibis auferãt & potione quibus consueuerunt vti paulatim. Nã si subito victum conuertas, ne quid in corpore grauius ab immutatione innouetur, periculum est, Sed victus hanc rationem habebis, si quidem eum nihil hominem cernas offendere. At spiritus vt fluxus quã parcissimus corpus subeat, vtq; sit quam familiarissimus, prouidebis. atq; solum, quo ad eius facere poteris in quo morbus vigeat, vertes, corporaq; extenuabis, Ita enim minime multum spiritum & frequentem homines

requirant.

Communium morboruȝ, quos parit aer, curationem non prodidit integram. Nam non raro ſtagnorum reſpirationes, vel paludum, vel locorum cęnoſorũ, vel eiuſcemodi terræ, eos morbos concitant. Interim ſolum tempeſtatis temperamentum. Itaq; in euaporationibus, potius totius proprietate eſſentiæ, quam nuda qualitate offendẽtibus corpora, ordine curationem tradidit, in duo referens propoſita, loci viciſſitudinem, & pauculæ attrahendæ vsũ animæ, At in ijs, quæ lędunt qualitate, non ſolum curatio morborum iam exiſtentiam, ſed etiaȝ vt prorſus ne ſuppullulent, contrarijs qualitatibus præcautio inſtituetur. Naȝ ſi corpus ſit ab immodico calore affectum, refrigerantibus: ſi a frigore, calfacientibus: ſimiliterq; cæteris in qualitatibus tuȝ ſimplicibus tum compoſitis. Nam de indicationibus, quæ ab ætatibus, anniq; temporibus, & temperamentis corporis ſumũtur, antea explicaui. Illud vero τὸ

φαρμακεύειν προτρέπεσθαι puto equidez hic dictum ἀντὶ τοῦ προσφέρεσθαι τοῖς νοσήμασιν ἐξ ὑπεναντίας: id est cũ morbis per contraria agere. Nam in Asia etiam hodie dicitur aliquis alicui προσφέρεσθαι χρηστῶς, ἢ φιλικῶς, ἢ ἀπίστως, ἢ ἀπηνῶς hoc est, cuz quopiam bene agere, vel amice, vel perfide, vel crudeliter.

7

Morbi ex corporis validissimo mẽbro exorti, vehementissimi sunt. Nam si quo loci cœperint, illic perstiterint, afflicto validissimo membro vniuersũ corpus necesse ẽ afficiatur. Quod si ad imbecilius a valentissimo discesserint, difficulter discutiuntur. At qui ad firmiora permeant ex infirmioribus, tollũtur facilius. A robore enim influxus facile arcebitur,

Siue membrum, siue corpus dicere validissimum velis, proprie appellabis illud, quod optime ad strenua sit ope

ra comparatum. quo quidem modo Herculem fuisse dicimus validissimũ. Altero modo vt ad certam actionem validum hoc corpus, & membrum: vt ad aliam aliud. Atq; sit aliquod, quod vndequaq; habeat quolibet in munere robur. Aliud in alio eoruz valet. Est autem vna actio voluntariarum animantis motionuz. Vt si aut currat, aut animalia aliqua complectatur, aut diuellat vel animal, vel inanimum corpus, aut quippiam etiaz reuellat. Vna iam alia est virtus, eaquæ in actiõe cõtinetur vitali, qua arterię & cor pulsãt. At in ijs quæ genere inter se distãt, aliæ sunt quædam diuersæ, atq; his non tãtum animalia, sed stirpes etiam sunt p̃ditæ: quamobrez has nominamus naturales: attractrix, alteratrix, retentrix, & expultrix. Alias igitur valet ĩ alio atq; alio corpore virtutez habere venter firmissimam, ad certam actioné, vt aut retentricem, aut alteratricem: nunc iecur, vel lien, vel aliud. Contra in eodez animali debilissima est venter vel attra

ctrice vel expultrice virtute,iecur robu
ſtiſſima.Sed hæc ſcriptor huius capitis
præterijt.Videtur autem validum mi-
hi pro eo accipere, quod præter quod
ægre morbificis cauſis cedat,etiã hãc
ſcilicet vim obtinet , vt facultate ex-
pultrice,vbi aceruata in ipſo humorũ
exundantia ſit,in aliud eã deriuet mẽ
brum.Sit vero emittens oportet eo va
lentius,quod recepit.Proinde omni in
corpore aliquod erit imbecillimum,a-
lia validiſſima:id quod apud omneis
medicos & vulgus in confeſſo eſt.Dñt
enim imbecillimos pedes podagricis
eſſe.Sic vniuerſum genus articulorum
arthriticis.quibus dolet caput, infirmiſ
ſimum caput.Itẽ lien,qui ſplenici na
tura ſunt.Oculos , qui lippitudinibus
ſunt oportuni . Eodemque ſingulis in
partibus modo.At vero quando cauſ
ſæ morbifice ſunt genere duplices:nã
hæ ſunt externæ,ille ex nobis ipſis p-
pagantur:etiam ad externas offenſio
nes alię noſtri partes ſunt nonnunquã
debiles,aliæ ad internas,Itaq; & ipſa-

caussarum non eiusdez generis sunt facultates. Ex nobis enim, si abundet humores, vel corrupti sint, scatent morbi. Externæ caussæ vel quod intemperiē aliquam creent, vel quia contendunt, vel incidunt, animantium lædunt corpora. Nam luxatio ab vtrisq; videt fieri. Siquidem ipse solus, vt cum altero non congrediaris, luxes vel genu ambulando, vel mentum oscitando, aliū ue articulum, cuz aliud quid agendo, tum conuertendo. Iam etiam absq; externa caussa rumpas in corpore membrum, vbi te subito cōuertas, vel salias vehemētius. Quare quot genera sint caussarum, totidem facile patientium vel renitentium membrorum infirmitatis & roboris. Proīde morbi, quos humores gignūt, omnia, prout firmis sint vel infirmis facultatibus expultricib⁹, tentant. Quia enim inter sese coaluerunt corporis partes, ex illis, quæ reijcere magis possunt vitiosos humores, alio defluunt, atq; ex his in alias, dum ĩpingant in imbecilliorem, quæ debilio

rem se partem, quo demittat noxium humorem, nullam habeat. Hęc si pars effluxum habeat, vt intestina, venter, vesicca, vterus, excernendo caussam, quæ molestat, euacuabit: si quidẽ subtilior sit materia partis canalibus. Sæpe etiam diruptis vasis, vel reclusis eoruȝ ostijs, largior secuta vacuatio est, velut in sanguinis profluuijs citra vulnera. Quod si nec ostia reserantur, nec vasa dirumpantur, crassus humor vel viscosus, si irruperit, in tumorem præter naturam attollit partem. Atq; hæc quidẽ virtus est membroruȝ & debilitas in affectibus, qui ex nobis generãtur. Quę foris afficiuntur, quod incalescant, refrigerentur, humectenturq;, videtur affici. Nam illa quidem, quæ contundẽdo, vel secando, vel tali aliqua vi morbos animantium corporibus concitãt, infrequẽtia sunt. Erit ergo in eiuscemodi morbis aliud aduersus alium eoruȝ vel imbecillum vel firmum. Nam quę sua sponte membra sunt frigidiora, hęc facilius refrigerantibus caussis cedent:

quæ calidiora calidioribus. Ad eundē modum in ijs quæ in humida & ſicca intemperie ſunt. At poſſunt horum ipſorum quędam a calfacientibus, vel refrigerantibus, vel ſiccãtibus, vel humectantibus cauſſis prompte affici. alia autem pars, quæ firmam aſſecuta ſit facultatem expultricem, ad alias mox ſuum malum detrudere. Quando igitur pars validior vel infirmior non eſt ſimpliciter, nec accipitur, ſed pluribus & diuerſis modis: non eſt de propoſito capite exiſtimare, neq; pronuntiare, verum, an falſum ſit. Hoc tamen cuȝ de hoc affirmes, tum de cæteris omnibus, quæ de illis, quæ varie dicuntur & intelliguntur, proferuntur indiſtincte, nihil definite de illis, nec diſtribute poſſe ſtatui, vnde nihil inde fructus auditores capiant. Et quidem non mediocreȝ habet pugnantiam, quod in hoc capite eſt dictum, vbi ait: At qui ad firmiora permeant ex infirmioribus, tollunt facilius. A robore enim influxus facile arcebitur. Itaq; diuerſis modis inter-

pretes exposuerunt ἀποκλείζεται. Quidam enim ἀποκλέζεται scripserunt, alij ἀποκλείζεται, nõnulli ἀποπαγιώσεται, tertia syllaba verbi ἀποπαγιώσεται per ω enunciantes. Alij per κ & σ, vt Dioscorides, qui ἀπὸ τȣ παγήσεσθαι vult, pro repelli hoc verbum dictum. Vero si ex partibus infirmioribus noxius humor infirmiores fluens reiectus sit, nihil sic emolumenti æger percipiat. Ita satius scribas dictionem hoc pacto: A robore enim influxus facile expendetur, id est, concoquendo & digerendo consumetur. Aliqui vero principes partes contendũt dictas hic validissimas, qui orationem falsam reddunt. Potius enim fit partibus principalioribus emigrare prauos humores in ignobiliores, quam ex ignobilioribus in principes. Iam enim non raro, cum in morbo articulari & podagra artus humores peterent, & illic repulsi in principem aliquã partem inuasissent, morte cõspeximus hominem affectum esse. vnamque restare spem salutis, si ad artum retrahe-

re eos valeamus. 8

Crassissimæ venarũ hoc modo pro pagate sunt. quaterna sunt in corpore paria. Horum vnum ab occipite per exteriorem ceruicem ad spinam, inde ad coxas pertinet et crura. hinc per tibias, dum ad malleolos exteriores atq; pedes perueniat. Itaq; in dorsi doloribus & coxarum, sanguinem ex poplitibus mittes malleolisq; exterioribus. Alteræ venæ, quæ ex capite oriuntur propter aures per ceruicem, quæ vocantur iugulares, intus a caua præ spina vtrinq; prætervectæ lumbos & in testes, et femora, et p poplitum interiorem regionem, ex quibus per tibias in interiores malleolos, & pedes. Proinde sanguis detrahẽdus est ad dolores lumborum testiumq; ex poplitibus ac malleolis ĩterioribus, Tertium par venarum, ex temporibus

per ceruicē ſubter operta ſcoptula, mox in pulmonem confluit, & ſe confert, altera a dextro latere in ſiniſtrum, altera a ſiniſtro in dextrum. Ipſaqꝫ dextra ēt ex pulmone ſubit mammam, atqꝫ ſe inſinuat in lienem, & renem. Altera illa, quæ in dexteram partē ex ſiniſtra proficiſcitur, ex pulmone ſub mammam, & in iecur atqꝫ renem penetrat: Ambæ in ſedem hæ deſinunt. Quartum par a ſincipite, & oculis ſub ceruicem & clauiculas, ab his ex brachijs deſuper ad inflexus. Deinde per cubitos in brachialia & digitos. Rurſus a digitis per pectinem & cubitum & ſuperiore manū parte ad inflexus: atqꝫ per brachios inferiores ad alas, perqꝫ ſummas coſtas, altera in lienem defertur, in iecur altera, tum præ ventre in pudenda terminantur ambæ. Hoc modo ſe habent latiſſi-

mæ venæ. Distribuuntur etiam a caua vena per corpus multæ & variæ, quæ corpori semitæ sunt nutrimenti.

Cõtrouersiarum, quæ in artibus existunt, partim sensus disceptat, partim demonstratio. Quæ sub sensus cadũt iudicium, sensum postulant, cuius cognitio est, firmum. Quæ sub demonstrationes, experientem rationem. Atq; de ciborum concoctione, quæ invẽtre obitur, & de humorum, quæ hanc sequitur, generatione, diductione, nutritione, & reliqua id genus, rationem, quæ de veterum opinionibus existimet, requirimus. An vero habeant vẽtriculos quatuor animalia, quæ ruminant, & vnũ, quæ dentata vtrinq; sunt, hic sensum consulimus, non demõstrationem. Atq; arguunt mendaces & q̃ sensu iudicantur, & quæ ratione, diuerso modo. Nam quæ ad sensus iudicium pertinent, iis qui inter se disputant promptissime iudicium dãt, si in sectiones corporum consulant. Quę demõ-

ſtratione diſceptantur, vel ſine inſectio
ne poſſunt ſcribenda demonſtratione
iudicari. Si ergo ſcriptis quis adigatur
iſtos refutare, qui de præcepto aliquo
ad incidenda corpora pertinēte quod
ſenſum habet iudicem, impudentiſſi-
me decernere & imperitiſſime ſuſtinue
runt: qui in diſſecando quod conſpici
tur, non tenent, diſcernere a falſis veros
nequeant. Vt enim ſi Cretam neges eſ
ſe inſulam, ab omnibus damneris, qa
inſulam illam eſſe norunt: item ſi cani
bus affirmes quaternos ventres eſſe,
vnum ruminantibus: rideant te illi, qui
in ruminātibus quatuor, in canibus cō
ſpexerunt vnicum. Eodem modo ha-
bet in venis inſecandis. Neq; enim de-
monſtratione ad iudicandū, ſed opus
eſt ſenſu. Verum dum qui opinioni-
bus diſſident, in ſcripta ſua, quæ viſum
eſt referant, latebit diſſectionis rudes ve
ritas. Quando igitur hoc loco in eam
diſſenſionem deſcēdimus cum iis, qui
a capite dicere ſunt auſi quatuor in cor
pus paria venarum deſcēdere: quia ni

hil prorsus ex rationali demonstratione, cæterum ex vno sensu doctore pendet iudicium: nullaз habemus ijs, qui dissectionem non attigerunt, firmam scribendo afferre demonstrationem. nisi sane animum inducas, quæ de iudidicando sunt monumentis prodita cũ ab alijs quibusdam medicis pariter & philosophis, tum vero præter cæteros ab Empiricis, tibi proponere, & horum præscripto iudicium facere. Equidem nec antiquorum arbitria, nec conspirationem eiuro scriptorum, præsertim si in argumento, quod tractet, sit versat⁹ velut Eudemus & Herophilus in anatomia, Crateuas & Dioscorides in medicamẽtis metallicis. Quod si quis excipiat iudicium, non modo octo venas de capite demitti, sed ne treis quidem probet vel duas. Vna est enim vastissima vena, quam vocant cauam, ꝑ gibbum iocinoris tota animantis longitudine porrecta: dirimit autẽ septũ transuersum imam animantis regionẽ ab suprema. Hæc vena caua sceptum

transuersum penetrat, contenditq; su-
pra, ad cor, infra ad spinam secundum
iocinoris gibbum peruecta: Itaq; ex il
la, quæ supra petit, tanquam caudice
venas supra sceptum transuersum ger
minari aperte cernas. Ex altera, quę ad
spinam diuertit, inferiores. Horuȝ Hip
pocrates in secundo libro morborum
vulgarium author est. vbi iecorariam
appellat cauam venam. Hæc etiā con
firmant, quotquot anatomiam tracta
uerunt. Neq; octo venas deferri in imā
corporis regionem a capite alius, qui
vel negligentius vel accuratius corpo
ra insecaret, asseuerauit quisquam, nō
Diocles, nō Praxagoras, non Erasistra
tus, vel Plistonicus: vel Philotim⁹, nō
Mnesitheus, non Dieuches, aut Chry-
sippus, non Antigenes, non Medius,
non Euripon, deniq; ex antiquis me-
dicis nemo vllus. Quid dicaȝ de iunio
ribus, qui anatomicam commentatio
nem auxerunt plurimum. ex quibus
Herophilus est & Eudemus. quorum
nullusdum inuenta, nulla via & ratio-
ne ad

ne ad memoriam vsq; Marini & No-
misiani locupletauit, ne Heraclianus
quidem, qui cum Alexandriæ nõ vul
garem consuetudinez habui: Discipu-
li horum virorum fuerunt illi quidem
& multi alij, sed clarissimi: Nomisiani,
doctor noster Pelops: Mariani, Quin
tus. At Quintus nec librum alium vl
lum, nec de Anathomia conscripsit.
Aliorum habemus anatomica monu
menta non parum multa. Quinetiaz
lucubrationes Quinti auditorum ana
tomicæ extant, Satiri item, quem nos
audiuimus, & Lyci. Qui cum omnes,
præterq; alij multi de anatomia com-
mentati sunt, nemo venarum animad
uertit quatuor paria a capite profici-
sci. Nam hoc quidem perinde est, ac si
octo dicas Athenis arces esse, cum vna
sit sola. Iam si quis cliuos Romę octo
dicat inhabitatos, vel si alius sex, vno
mentietur vterq;. Quod si quis vnum
pro septem affirmet collem incoli, aut
contra Athenis pro vna arce octo, lon
ge illo vanior sit, qui nisi in vno, verũ

dixit. Cum ergo vna vena ex iocinoris gibbo in ſuperiores corporis parteis diducatur, vel ſi ſuperne inſecare aggrediaris, non aſcendere, ſed deſcendere dicatur: vna ſemper reperiatur tamen: ab omnibus ridebere, ſi ſuperne demitti octo dicas. Nam ſiue ex alto deorſum voles affirmare, ſiue ferri ſurſum ab imo, quam vocant iecorariam vel cauam venam, vnica eſt omnino per gibbuz iocinoris permeans. Itaq; ſi alterius liber eiuſcemodi tradens anatomiam ſit inuentus, tacitum prætereas, nec ſingula capita reuoluere ſuſtineas: ſed hoc vbi acceperis tantum, venarum in corpore quatuor eſſe paria, repudiata tanquam ſtolida profeſſione, mox eam relinquas. At quando hanc doctrinam ſcriptis immiſcuit quidam Hippocratis, iacturam nos facere cogit temporis cum huius; ipſius, quod in eo coarguendo ponimus, tum præterea, quo, quæ, praue adiecit, perlegimus. Ex occipite par, inquit, venarum exortum per ceruicem labitur, mox ex

ſpinæ exterioribus partibus ad coxas delatum inde per tibiã pertinet ad malleolos exteriores. Alteruȝ par exurgit, inquit, ex regionibus aurium, defertur per collum, venæ appellantur iugulares. vnde quomodo prius par ex ſpinę partibus externis, ſic ex ĩternis hoc ad teſtes peruenit & femora, tum per poplites, ad interiores malleolos pertingit. Quæ ſi audiat quis, qui vno die animali in ſecãdo interfuerit, qui ferat? Sunt quidem in anatomijs præcepta multa & obſcura, quorum fallere non nulla eum, qui in ea commentatione ſingulariter non elaborauerit, poſſint. quo factum eſt, vt ſit de illis diſſenſio. Quod vero ad maximam venam attinet, adeo res perſpicua eſt, vt neminẽ modo ex anatomia quicquam valeat percipere, latere poſſit. Adeoq; eſt cõfeſſa, vt & ipſi cognoſcant poetę. Sane Homerus ait. 9

Venamque reuellit.
Quæ dorſo inuehitur, collumque pene

trat vtrinque.

Vnam igitur cognouit, vt reuera ẽ, non quatuor: extra ſpinam duas, perinde ac duas, illas, per ſpinam vtrinq; porrectas. Verum quatuor has vt qui hanc ſcripſit anatomiam, finxit, nullũ habet animal. Ab vna vena maxima illa per totos interpoſitos ſpinalis medullæ terminos germina emittuntur. quod in ſecundo libro morborum vulgarium ſcripſit Hippocrates. Superior eius finis ad clauiculas eſt, inferior ad os ſacrum. Ille in iugulares venas finditur, hic in eas, quæ in crura diſtribuũtur. Quomodo igitur ille, qui ſecundũ hoc par ſcripſit, duas perennes iugulares venas ſpinam exiſtimat interius ad crura ferri? Quomodo autem ad interiores malleolos peruenire, cuʒ vna vena & ea ſola in vtrũq; crus deſcendat: & non vna intra malleolos, altera extra, ſed eiuſdẽ ſint germina? Iã his ineptius tertium eſt par venaꝝ, quas fruticatas ex tpibus ait ceruiceʒ permeare, ſubire aũt opta ſcoptula, & ingredi pul

monem, ex quo a directo cursu ad latera deflecter, atq; alterã ex sinistro trãsiret ad dextrum, deinde sub mamillaʒ in lienẽ, & in dextꝝ illabi renẽ: alteram ex sinistro sub dextrũ renem, ambas in sedẽ præcipitare. Atqui sedes bone vir (appelles merito, hoꝝ scriptorem) a caua vena ex lũbis accipit germina illo loco, vbi ét a vena caua in vtrãq; partem expullulant vt rami magni, & in vtrũq; crus tendunt. Nam pulmoni q dem, quis ignorat, non dicam medicorũ, sed coquoꝝ, ex corde sanguinẽ subministrari per magnã venam. quod, q tertiuʒ hoc par cõmentus est, nulla huius sermõis parte appellauit. Imo quẽ inter viros anatomiæ peritos quidã totius corporis venaꝝ esse statuunt fontem, huic ꝓposita oratio ignorat venã vllam suppeditare. Q uinẽt emergere quartũ par a sincipite & oculis voluit, subire aũt ceruices, ipsasq; clauiculas, & brachiũ ingredi, ad vtranq;.s. manũ vnã: cũ aũt decurrerint in digitos, sursũ per totam manum ad alã reciprocari,

hinc percurrere summas costas, alteraꝫ in iecur, in lienem alterā: postea a ventre ꝑfectas ī genitalia desinere ambas. Ita ne hę quidem cordi impartiunt qc quam. Qui tandem ergo iste, q hæc tanq̄ꝫ nouus plane Prometheus sōniauit, tanti visceris oblitus est cordis? At nec cerebri mentionem fecit. Scꝫ & hoc malleolis erat inferius. Illud vero, de renibus quod attulit, oēm stuporem superat, Quibꝰ caua vena maximas mittit, his neglectis, quasdaꝫ ex pulmone fingit ijs inseri. Planum est igitur ex oībus, non vt quidam insecantes aliqua prætereunt, ita ēt hunc neglexisse, sed plane vidisse nihil. Qui.n. quæ maxima sunt, non videt, hunc non cęcutire, sed oīno videre nihil merito dicas. Itaq; silēm esse insōnijs ebrioꝝ hanc orationem, quæ a capite venas in vniuersuꝫ corpus distribuit, nemo est, qui vel a limine anatomias salutauit, quin videat. Nam nōnullas paruas potuerūt insectores negligere. at nemo aliter certe aliam scripsit, neq; prætermisit, quæ

percipere vel cæci possent admotis digitis. Vna nāq; vena est, q̄ sanguinem in totū corp⁹ riuat, ex qua multæ, sicut palmites ex trunco, venæ adolescunt paruæ, quæ oībus corporis partibus illum dispensant. Quare si cauæ venę sanguinē fluuio cōpares, & q fluit ex illa in membra, canali, ne sic quidez dānetur tuū silē. Vez siue cum fluuio, siue cum trunco conferas magnam venā, vnaz certe esse hanc oēs medici cōsentiunt, extra illum, qui in hunc librū retulit audacissime quatuor ista paria. Nam vt alia iā præter eā, nec cordis meminit nec ipsius magnæ venæ: cū mētionem fecit tn̄ iugulariū, in quas illa ī supremo thorace discerpitur. Nam qd inter hanc regionem interest, & extremā spinā, id tenet magna vena, vtrinq; venas emittens. Hęc dissecatur ex vtrisq; terminis suis & partibus bifariam. Efferuntur maximæ p collū venæ, quas noīant iugulares. Descendit ꝟo in vtrūq; crus, vti docuimus, vna ilia qdē, sed maxima vena. At collū quę penetrāt,

quæ iugulares vocant, has in scđo pa
ri nouus iste Prometheus cõmemora-
uit, quo maximum suũ stuporem au-
daciãq; prodit, cũ de cauæ venæ parti
tione, ex qua hæ generantur, nusquaʒ
meminerit. Deberet. n. si tãtulũ in ana
tomia vidisset, coeuntes in vnum iugu
lares dicere, vnam efficere venam ieco
rariam, vel cauaʒ, vel quoquo mõ ap-
pellare alio visum sit. Qđ si de ijs ve-
luti perpetuis duabus ille scripsit, dicẽs
per internam regionẽ scđm spinam in
malleolos interiores descendere, qđ iã
de venis amplius dicas, quas a quatu-
or paribus descripsit? quas a caua ve-
na nutrimentũ putat in vniuersum cor
pus supportare: quasi vero q̃ recẽsuit,
paria quatuor, aliam ob caussam ab
natura sint ꝓducta, nec eundẽ oẽs ve
næ habeant cõeʒ vsuʒ, ex iocinore sub
uehendi oĩbus aĩantis membris sangui
nem. Illaꝝ aũt, quę ex ventriculo & in
testinis succũ ciboꝝ in iecur inferunt, q̃
hoc superet, est nulla. Imo vero multis
iocinoris locis non apparent. cũ nume

rosissimæ sint, vbi ventrē cęteraq; intestina ꝯtingunt: veꝝ vnam in sedez, quas iocinoris portas appellant, ꝯueniunt vniuersæ. Qui huic loco nomen portas princeps posuit, vrbi iecur vel amplis ædibus cōparauit: agris, intestina ventrēq;, ex q̄bus per multas venas tanq̄; vias quasdaz frumenta in ciuitatis portas vel ædiū importantur. Delirat igitur nouus hic Prometheus ī animante, q̄; pro libito suo fingit. Neq; .n. quisq̄; certe aiantez conformet, cui ex ventriculo & intestinis venæ alimentū in totum corpus distribuant. Nā ī vnū oēs locū cogunt iocinoris portas: hinc visceris huius venæ, supportatū alimētum excipientes, in cauā deducunt venam: vnde, vt modo dixi, sanguis toti distribuitur corpori. 10

Ferunt etiam a crassis venis in cauā venam & in reliquum corpus, atq; ab extimis intro, mutuoq; imparciūt & intimæ extra, & extimæ intro.

Sufficerent nouo huic Prometheo

quatuor venaꝝ illa paria. At satis ei nõ fuerunt. veꝝ vt fuit inexplebilis, turpissimæ illis ẽt has adiunxit, quæ corpori ex caua nutrimentũ suppeditãt: Atq; nunc coronidez disputationi de venarum cõitate imposuit veꝝ locutus. Venaꝝ.n. quæ ex caua propagantur, q̃s appellauit crassas, nulla ĩ alia distributa paria, ventri vr̃ vel intestinis insita. Vt igitur in hac anatomia verbũ veꝝ, qui hæc somniauit, nullum ꝓtulit: sic in illa, quã tradidit scdo vulgariũ morboꝝ libro Hippocrates, nihil prorsus errauit. Vnde insaniunt isti, q Hippocratis libros, cũ anatomiam ne ꝑ somniũ quidem viderint, aggrediuntur interp̃tari, maxime illi, q sese noiant Hippocraticos, eiusdem viri has ẽt esse nugas censentes vniuersaz venaꝝ insectionẽ, illamq; in. II. libro morboꝝ vulgariuz sedulitatem. Nã siqd præterea in altetutro eoꝝ inuentũ sit, potuisset idem vir seipsum die superare, atq; sua priora bona p̃cepta cumulare. Sz vero qñ ipsum Hippocratem videmus exacte

non hæc modo literis mandasse, q̃ oĩbus plane perspecta sunt, sed ẽt abstrusa: illum aũt, qui hanc insectionem fecit, hallucinantẽ ẽt in illis, q̃ vel palpãdo inuenias, qui vtrunq; scripsisse eundẽ dicas? Iã hoc cui ꝓbabitur, eũ, q de hoĩs elementis totam disputationẽ exegisset, mox huic de venis subtexuisse? Aut. n. tota anatomia erat tractanda, aut non suscipienda de venis. Nã hoc quidem cõmentarioꝝ, quæ memoriæ gratia conscribimus nobisipsi, ꝓprium est, cum tam varia præcepta referunt. Volumini minime ꝯuenit expletæ institutioni priori alterius annectere particulaꝫ, mox hac dimissa aliud atq; aliud agere, quod in his accidit, quę libro de natura humana subiuncta sunt. II

Sanguinem igitur mittes ex horum præscripto.

Quæ. s. præmonuit, cum ad finem in primo pari venaꝝ subiecit hæc verba: Itaq; in dorsi doloribus & coxaꝝ, sanguinem ex poplitibus mittes, & ex

malleolis externis. Alteri pari hæc ad-
ſcripſit: Proinde ſanguis detrahendus
eſt ad dolores lumboꝝ teſtiũq; ex po
plitibus & tibijs interioribus. In tertio
pari quartoq; nihil præcepit deſecãda
vena. Proinde, quatenus multa præte
rijt membra, quoꝝ tradendæ erant ve
næ, quas incidemus, hactenus doctri-
nam nõ cõpleuit. Sed ſicut ab integra
anatomia exilez pré deſcripſit auulsã,
ita qđ de ſanguine mittẽdo retulit. 12

Videndum autem eſt, vt ſanguinem quã longiſſime ab locis mittamus, quos obſidere dolorem animaduerterimus: ſanguiſq; contrahatur. Nam ita demũ, cum minima nec opinato conuerſio inci dat, tum conſuetudinem præcideris ne eodem loci confluat poſthac.

Vſurpaſſe τομὰς hunc venaꝝ, quas
compoſito noie appellamus φλεβοτο
μίας, recte interpretes intellexerũt, oẽſ
q; in hoc conſentiunt. Quod vero nõ
explicuit, an a dolentibus partibus pe

cul reuelli influentes humores præcipi at, an sanitatis tpe, hoc noie sit rephendendus. Equidem de valentibus potius dictũ censeo. vt Author assuefacere velit exundantes humores in alia mẽbra fluere.

13

Qui extra febrem multum puris expuunt, & quibus citra dolorem in vrina puris multum subsidet, & qui deijciunt cruenta, vt in dysenterijs, & diuturna, quæ iuuenes natos annos quinq; & triginta maioresq; infestant, hi spontaneis ægritudinibus affliguntur oès. Quare hos in adolescentia, in ęrumnis, laboribus corporis, & operibus vixisse oportet. deinde laboribus depositis molli carne concorporatos esse, longeq;, quam prior esset, alia: ac multum superperius corpus ab eo, quod accreuit postea, dissidere, vt nihil inter ea cõueniat. Quare si, qui hoc in statu sunt, in mor=

bum incidant, in præsenti quidem euadunt: sed post morbum tempore funditur corpus, perfluitque venas, qua maxime patent. saniosum. Quod si ventrem imum petat, quale continebat corpus, tale euadit fere, quod deijcitur, quia. n, decliuis est via, nõ subsistit in intestino diu. quibus influit in pectus, fiunt suppurati, quippe cũ accliuis purgatio sit, longo tpe commorans in pectore putrescit, & fit purulentum Quibus in vesicam eructatur, ab huius loci calore albescit excernitur que, atque quod est rarissimum, innatat: crassissimum, quod quidem pus vocatur, subsidet.

Totũ hoc caput claꝝ est, attentũque aĩuz, nõ interptẽ reqrit, q declaret. Sed an vera oĩa sint, ptim expimẽtis, ptim rõne examinandũ. Experimentis, ecq visi sint, qui pus febre liberi expuerent, aut cum vrinis excernerẽt. Ad hæc an

cum antea multis in ęrumnis viuerent, nuunc multo tpe ſoluti fuerint. Præterea an ęgri hi incolumes fuerint, & poſt ijs iſtæ purulentæ excretiones acciderint. Hæc exiſtimanda experimento ſunt. Ratione, cauſa, a qua author has exiſtere ait, uera ſit an ne falſa. Nam q̄ attulit, nulla niti neceſſitate, claꝝ ē ijs, qui in demonſtrandi via & ratione sūt verſati. Ecqd vero habeat ꝓbabile, ſecum quiſq; expendat. Poteſt ſane aliqua ratione veriſiſe eſſe. Nam de his q dem, quæ demonſtrant experimenta, habeo & ego tantulum affirmare. Cruenta, quidem vidi uentris excrementa, quæ habuerūt multa, qui ſolitas exercitationes vehementes dimiſiſſent, excrementum tn̄ purulentum nulluȝ. at frequenter muccoſa incertis circuitib⁹ & certis cum urina reddita & aluo deiecta ab his ꝯſpexi. Nec non ſputa cocta illa quidem, non tn̄ puruléta. 14

Naſcuntur etiam pueris calculi ob loci huius calorem, totiusq; corporis.

Viris calculi ob corporis algorem non innascuntur.

Loci puta uesicæ, de qua in fine superioris orationis in hunc scripsit modum, Quibus in uesicaȝ eructatur, ab huius loci calore albescit. Itaq; innasci pueris dicit calculos pp calorem uesicæ ac totius corporis. Mox subijcit de puerorum calore. 15

Nam hoc plane sciẽdum est, primo die hominem in omni vita calidissimũ esse, postremo frigidissimum.

Si simplr hoiem dicas absq; limitatione, primo die esse calidissimum, sermo non est uerus, cum distinctione verus. Namq; calidissimus est, si dicat in nato calore. Hoc.n.pueri pluribo abũdant. Ille qui orationem, q̃; in manib⁹ habemus, ꝯscripsit, id qđ est huius orationis caput, ut ꝓxima declarabit oratio, non est assecutus. offendes.n. non ita hunc, ut dixit Hippocrates, quæ augentur, plurimo hæc natiuo calore prędita esse, statuere: uerum prætermisso

natiuo,

natiuo, ducere simpliciter, quę crescũt, calida esse.

16

Corpus enim, quod adolescit atq; ad vim progreditur caleat necesse est.

Cum dixerit, quę increscunt, Hippocrates, habere plurimũ caloris natiui: Hic calore pollere, quæ augescũt, simpliciter intelligere uidetur, nõ adiecto ad sermonẽ natiuo. Ná cum ad uim pgrediatur, dicit esse calidum. Ad uim pgredi in hunc modũ est accipiendum. Opus existimat esse uiolentuʒ ualidũq;, incrementum. Atq; ut reliqua opa ualida laborantes excalfaciunt, ita incrementum. Sed q̃ dicere debebat caloris innati gratia crescere pueros, non incalescere caussa incrementi. Nam calor natiuus, non modo moderatus est calor, sed humidus etiam. Rationis est igitur, ut eiuscemodi corpora crescant. In tres. n. dimensiones distendũtur, ut si inflarentur. Itaq; oĩbus illis amplificantur. Hæc ergo in oẽm partem natura instr̃o ad hanc rem vsa innato calo

re,intendit. Humiditas, cur protendan tur facile,in caussa est. Pueri porro plerique quia sunt voraces, humoris, quem appellant proprie crudũ, colligunt maximam vim. ex quo calculus generatur. caussa huius est efficiens calor. 17

At vbi marscere corpus ac præcipitare cœperit, fit frigidius.

Item hic, qñ ijs qui inclinata sunt ætate, corpus nihil augetur, ipsum ex otio ait euadere frigidius. At rectius caussá inuertas. Qñquidem natiuus eis calor īminuitur, simul consistit incrementũ. Apertius suam mentem author capite proximo aperuit. 18

Hac ratione efficitur, ut quamplurimum primo die homo crescat, tam reddatur calidissimum: atque die extremo quam cõmarcescat plurimum, tam fiat necessario frigidissimum.

Ordine igitur superiorem interpretati sumus orationẽ, vbi ait: Corpus.n. quod adolescit atque ad vim progreditur, ca

leat necesse est, diceret. n. ille e diuerso, ob calorem natiuũ qđ crescit, increscere: non quod augeatur, ideo incalescere. Eodem mõ de eo qđ senescit. Quoniam amplius non crescit, putat id, q̃a quiescit, quod ante agebat incrementum, frigescere. 19

Qui sic habet, sani sua sponte fiunt, plurimi id temporis, quo tabescere incipiunt, quadraginta quinq; diebus. Hoc si qui tempus prætereant anno sua spõte, nisi alia re lædatur homo.

Quos appellat ita affectos? nempe eos, quos cõmemorauit supra inertia desinere exercitationes, ac pus expuere & cũ urina reddere, atq; dysenterijs corripi. Ego quidẽ multos, inquam, uidi, qui ab ęrũnis uitam & laboribus ad desidiam ꝯtulissent, cruentis correptos dysenterijs. At pus tñ, quos equidẽ uiderim, tussiendo nullos uel cũ urina reddidisse: putauerim uero censere hũc, quem crudum appellant humorem, cũ sit percoctus, pus esse. Neq; mirũ sane,

cum Erasistratus quoq; in febricitanti bus subsidentia in urinis non esse húc humorem, sed pus ducat, nedum ualē tibus, q uorace sunt, eius magnā copiā ignorauit subsidere. Atq p multos con spexi, qui, cum otiosi aliquandiu fuis sent, cum vrinis magnam excernerent copiam, muco quem vocant, assimilē. Et cum quibusdam eoꝝ tarde permea uit, puris, qđ excernitur, vr̄ sil'e. Vt ēt in respirationis organis. propterea qđ longe tpe ea tincta coquantur. Cuius ēt hic ipse nuper caussam retulit, cū in dysenteria decliuem viam caussam po neret celeris excrementoꝝ meatus: In ijs quæ expuant, accliuez tardi: in vri nis, loci calorē. Q đ si quis a crudo hu more distare nihil contendat vrinarum pus, aut sputoꝝ, aut excremētoꝝ: alte rutro hic in vitio est. aut. n. vltro, vt suæ sectę constet, dissimulat: sicut Erasistra tus, q inflāmationi omneis febres vult succedere: aut sophistes est, qui artis o pera non attigerit, quos recte antiqui λογιάτρȣς appellant. Calore. n. pus, &

crassitudíe, odoreq; recedit a crudo humore. Et vero ẽt per nares crudi humores, & per os circuitibus ícertis & certis, vnde cerebꝝ purgatur, excernit. Quã purgationem qui superius hoc scripsit caput, prætermisit. Iam merito dixit p̃dictos sua sponte sanos fieri. i. citra nostram operam. Quippe quos abunde natura purget. Purgationis statam diẽ duplicem his præfixit. Vnaz eo tpe anni, quo cõmemorata ijs purgatio cœpisse contigit. Alteram productam in annum. Quinẽt breuez in. xlv. dies ꝓrogari. Sunt qui non. xlv. scribant, sed xl. Atqui, cum hoc pacto non paucos ab natura viderĩz purgatos, non duas tm̃ horas purgationis animaduerti, qđ hic tradit, veꝝ ẽt perquaz multas. Alia enim alius stata die est prorsus per purgatus, hi diebus quadraginta, illi in mẽses extracti sunt numero nõ pares. fuerunt, qui solidum annuz huic symptomati manserunt obnoxij. 20

Morbi qui subito oriuntur, & quo

rum sunt apertæ occasiones, denunties certissime. His medebere morbi occasioni occurrendo. Ita enim, quod morbum excitat in corpore, discutiatur.

Huic refragari illud ex Aphorismis videtur. (Acutorum morborum non plane certo prænunties neq; sanitatem, neq; mortem). Quod extricare Sabinus cũ moliretur, verbosus fuit, nec veri addu xit tñ quicquam simile. Itemq; aliorũ magna pars, qui hunc librum sunt interpretati, parum mihi videntur, quid significet ἐξ ὀλίγου esse assecuti. Putant illi quidem de breuibus sermonem & acutis haberi. Ego vero crediderim nõ de his dici hoc, imo de illis, qui ex manifestis caussis ortum trahunt repentinum, breui non diu conflatum. Nam in his, quod caussa quę sit & quanta, tenetur, de futuro prę sentire est procliue. Qui longo spatio pedetentim geniti, caussam non habuerunt, vnde existerent, claram, in his non perinde præsagitio certa. Recentes caussæ morboruz

sunt, feruores, frigora, vigiliæ, mœstitię, curæ, cruditates, duꝝ cubile, lassitudines, crapulæ, & id genus alia. Itaq; etiã curationem eoꝝ dictauit per illa, quæ occasioni repugnant morbi. Exempli gratia, si feruore sit qs adustus, refrigerabis: si friguerit, calfacies: si defessus fuerit, recreabis: si præter morem feriatus, largius exercitabis: si repletus, vacuabis: si vacuatus, replebis, quomodo dixit etiã ante illo capite, cuius initiũ est: Quos repletio parit morbos, vacuatio his medetur.

21

Quibus in vrina subsident veluti arenulæ, aut pori, his tubercula ad crassam venam enascuntur, ac suppurant, quæ quando tubercula tardius eruperint, ex pure concreuerunt, pori, qui cũ vrina per venam protruduntur in vesicã.

Existant quidem aliquando hac de caussa, quam adduxit, eiuscemodi vrinæ: existant etiam ipso rene citra magnam venam similiter affecto. At fere

illæ vrinaꝝ excretiones citra tubercula proueniunt, vbi crassus, aut perquam viscosus humor, qui lente permeet, a loci calore cogatur desiccatus. 22

Quibus vrina tantum est cruenta, his venæ laborarunt.

Qua de re dictũ sit laborarunt, haud liquet. Potest enĩ significare, defaticare sunt, vt fatiscentes semicrudum generent sanguinem, atq; profluat ob imbecillitatem facile, aut vt alienum illæ excernant. Denotet etiam cõiter laborarunt, affectæ sunt, renibus nihil affectis, sed tenente solas venas vitio. Sz quod tandẽ illud sit, hæc ænarratio nõ enucleat. At planũ est, nec Hippocratem, nec Polybum οὐρήματα fuisse dicturum, cum possent dicere ὁκόσοισι δὲ αἱματώδεα τὰ οὖρα. Nam cum persæpe Hippocrates scribat οὖρα, nusquam vsurpauit οὔρημα. Et quidem multa alia quæ subdole hic inserta sunt, maniseste nec Hippocratis ea esse, nec Polybi arguunt. 23

Quibus simul cum vrina crassa carū culæ specie pilorum effluunt, signum est in renibus vitium esse, aut articularem morbum laborantibus.

Hic aphorismum hunc interpretatus est. (Quibus vna cum vrina crassa carunculæ, aut tanquã pili effluũt, his excernuntur hæc ex renibus.) 24

Quibus vrina interim est liquida, interim in ea innatant veluti furfures, his scabiosa est vesica.

Hoc rursus loco illum aphorismũ est interpretatus. (Quibus vna cum crassa vrina furfureum quid expellitur, his vesica scabiosa est.) 25

Maxima febrium pars bilis soboles est, quarum formæ extra eas, quæ dolores eximios comitantur, sunt quatuor. Harum nomina sunt, continua, quotidiana, tertiana, et quartana. Continua quam vocant, a copiosissima bile fit, ea

que meracissima, indicationesque synceriissimas breuissimo temporis spatio efficit. Corpus enim quia nunquam refrigeratur, ilico contabescit, vtpote multo calore feruens. Quotidiana a plurima secundum continuam bile oritur. Hæc præter alias ocyssime discedit, sed continua est productior: quia ex parciore nascitur bile, requieteque corpus habet: In continua nullo requiescit momento, Tertiana quam quotidiana longior ē, ortumque habet ex pauciore bile. quo diutius in tertiana corpus quam in quotidiana quiescit, hoc febris hęc prolixior est, quam quotidiana. Quartanæ alia habent paria, nisi hoc tertianis sunt lõginquiores bilis, quę calorem incendit, magis sunt expertes, & corpus liberalius refrigeratur. Hunc cumulum illæ, & difficile discessum atrębili referunt

acceptum. Atra enim bilis omniũ, quæ in corpore insunt, & est lentissima, & diuturniores stationes facit. Nam esse melancholici humoris quartanas febres participes, hoc argumento sit. Autumno potissimum homines tentantur quartanis, & a quinto & vigesimo ætatis anno ad quadragesimumquintum. Hæc autem ætas maxime præter cæteras atræ bili obnoxia est, supraq; omnia anni tempora autumnale. Quod si qui extra hoc anni tempus, & hanc ætatem, quartana corripiantur, hanc febrem scito, nisi quid homini aliud officiat, non fore diuturnam.

Plerisq; interpretibus, in quibus Sabinus ẽ, mihi vsu venire videtur, quod homini aqua laboranti inter cutem, q reduuiam suam velit ambitiosum medicum curare. Nam alterutrum est, aut hic non animaduertit vniuerso se cor-

pore affectuz,aut non requiri putauit curationem. Eodem interpretes modo aut cæcutire animi oculo puta: aut i hac esse opinione, vt leuia vitia medicinam postulent,nullum flagitent magna auxilium. Veluti enim ex alto sõno excitati,pugnare cum Hippocrate propositum caput perceperunt. quod cuz aperte Hippocrates in primo libro morborum vulgarium & in aphorismis tertianam iudicari celerrime dixerit,in hoc tertiana quotidianam affirmet breuiorem. Itaq; Hippocratis esse librum,quod hęc scilicet falsa sint, nec cuz aliis constent Hippocratis scriptis, negant. Nam si hactenus tantum hũc, qui istos in medio errores inculcauit, mentiri intellexerũt, repugnareq; Hippocrati reduuiam cernentis sunt similes,qui vniuersum corpus non videat grauissime affectum. Quem enim fallit productionez esse tertiana quotidianam,hic se parum in medicinæ operibus prodit iactatum. Quanquam nõ impudenti ille stupore adductus hoc

confixit mendacium,sed probabili im pulsus ratione.Præsertim cuz inter ma iores,quo etiam ex numero Plato est, fuerint,q assiduas febres ex ignis abun dantia oriri censerét,ex aeris quotidia- nas,aq̃ tertianas, terrę quartanas. Atq; Plato quidem ita ad verbum scribit. (Ac corpus quod ex ignis exúdantia laborauit,continuos æstus & febres ef- ficit.quod ex aeris,quotidianas.Tertia nas ex aquæ,quod aere hęc sit & igne lentior. Quartum cum ex terra sit,ho- rum tardissimum,quadruplicibusque temporis orbibus purgetur, quartanã creat febrem, atquæ ægre discutitur.) Si igitur lentissimum elementum Pla to.i.stabilissimum & motu difficilimũ temporis expurgari quadruplicib⁹ cir cuitibus ait,etiaz inter se,verisimile pu tauerunt,eadem portione differre cæ- tera,qua nata essent: atquæ proximuz terrestri elemento, quæ quidem aqua sit,finitimum quaterno circuitui pro- ducere,& quod huic ordine ꝯsequens est,hic autem est aer,quotidianum,qđ

vero cietur perniciſſime, q plane ignis
eſt,febrem excitare continuam. At ve
ro ratio,quæ harum cauſſam ortus in
elementum natura calidum confert,
id eſt ignem,illa eſt probabilior. Nam
calidiſſimum affectum a frigido domi
nante in corpore elemento, cui proba
bitur gigni? Quare a calidi elementi
vi rationis eſt ægritudinem effici cali-
dam. Diſſident vero mutuo febres ſuis
proprijs differẽtijs,quas aſſcribere cauſ
ſæ magnitudini debebis. Quod ſi de-
mus,febris maxime aſſidua eademq;
calidiſſima a plurimo gignit̃ igni. Quę
ab hac eſt,ſecundas parteis in quanti-
tate fert,tertias tertiana,quartas quar-
tana. diſceſſioneſq; harum conſequen
tes erunt cauſſis,citiſſimæ feruẽtiſſimę
febris:ſecundæ ſpatio,quotidianaru3:
tertiæ tertianarum,quartæ quartanaꝝ.
Itaq; quantum ad veri ſimilitudinem
recte hæc dicta ſunt. Quod aute3 res
ipſa docet,conuellit ratione3. At in ſu-
periore venarum anatomia,cum quid
veritati conſentaneum adferret, nõ ha

beret, non semel in mendacio, aut iterum, aut etiam ter tenetur, cæterũ persæpe. Ac ne verbum vllum, vel casu quidem illic verum fecit. Quare nouum est, quid, cum in illis authorem horum secundum librum de humana natura in hunc locum vsq; omnium insectati nihil sint, hic confusent, ideoq; Hippocratis illi posthac non probent esse librum. Iam Sabinum & plerosq; interpretes, vel hoc nomine demireris, qđ quãdo laudibus superiora omnia sunt sẽper prosecuti, hoc mirifice virum esse locutum, illud præclare, aliud diuine: nũc illa ipsis subito omnia exciderint, & vna rephendendi oblata ansa, mox librum inficientur esse Hippocratis, & traducant ad Polybum: quasi Aphorismos ipsi & librum primum morborũ vulgarium perlegerint, Polybus illa nõ viderit, qui non poterat, cum Hippocratis esset auditor, de febrium differentijs non frequẽter ex illo audiuisse, eiusque raro peruoluisse scripta. Hunc adde, quod in ægris etiam ipse tertianam

videat breuem, tardam quotidianam. Neq; enim fuit ex eorum grege Polybus, qui Alexandriæ diuinarũt: qui cũ ægrum nullum conspexissent, studiosos enecabant, nihil in medium proferentes sani, quod exercitati aperte in ægris animaduertunt. Quare hæc q̃ scripsit, siue hic sophistes fuit, siue veterator, vt videtur, induxit falsa, quo senez sugillaret. Nam fuisse, qui hæc infersit, minorem, indicat nomen συνόχȣ. Nunquam eniz vel Hippocrates, vel ex antiquis alius continuam febrem appellauit σύνοχον: neq; vero vrinas etiam χρώματα, sed sunt ista iuniorum nomina medicorum, qui priscam dictionem ignorarunt. Proinde his iam relictis adulterinis, ad librum nos de salubri victus ratione, quaz Polybi esse dictitant lucubrationem conferamus.

FINIS SECVNDI COMmentarii Galeni in Hippocratis Librum de Humana natura.

HIPPOCRATIS DE SAlubri Victu Libellus cum Commentario Galeni, Hermanno Cruserio Campensi interprete.



Nus hic liber peculiarez habet titulū, vt totius libri hui⁹ pars prima, vbi de Natura Humana sermo habetur. Nā in illo, quod receperat, præstitit, omnibusq; numeris absoluit, Et hic quæ instituit, toto opere tradit. Vnde vniuersus liber, exceptis illis quę his duobus libris interiecta sūt: conuenientem sibi inscriptionem sortitus est: quam ei quidaz de Natura humana, & victu fecerunt. Atq; vt ē prorsus liber de humana Natura inculpatus: omnino autem quæ inter duo hęc volumina irrepserūt, reproba: ita liber de Salubri Victu fere caret errore, vbiq; cum Hippocratica elementoruz institutione coniunctus. Sunt tamen ei⁹

certa loca, cæterum admonędum pau
ca, quæ non absunt a menda. At esto,
quod multis probatum est, Polybi. I

Idiotæ hæc debent victus ratione viuere.

Quosnam Idiotas appellet, huius li
bri interpretes, in quæ equidem incidi
commentaria, præterierunt. Nec vnq̃
ex præceptoribus meis, cum librum ṕ
legerent, quæsiui. Nunc quando com-
mentarium in eum statui scribere, ma-
le prætermissum a meis præceptorib⁹
iuxta atq; interpretibus, quosnam ap-
pellet idiotas, animaduerti. Etenim hoc
quidem in confesso est, quam infra vi
ctus rationem tradit, hác Polybum nō
omnibus hominibus, sed solis præscri-
psisse idiotis. Atq hoc libro si solis idio
tis consuluit, parum recte interpretes li
bri indistincte acceperūt, quasi ad om
nes in communi homines sit habitus
sermo. Inuenimus enim ἰδιώτας a græ
cis appellari non simpliciter, sed in rela
tione ad aliquid. Nam hunc esse hui⁹

idiotam artis aiunt:illum illius exerci-
tij. Eſt,cum hos opponant illis, qui gẽ
ti alicui,aut oppido pręſunt, aut omni
no publicuȝ aliquod munus obeunt:
itaq; qui veluti priuatam vitam agũt,
idiotas hos,id eſt, priuatos appellant.
Equidem cum mecum conſiderarem,
quos de his Polybus vocet hoc loco
idiotas, Athletas illum exiſtimaui a cę
teris hominibus aperte ſeparare. quan
doquidem vnam illi victus rationem
in pane poſitam & carniũ eſu habent.
Ab his,qui militant,aut iter faciũt, aut
etiam pugnant,qbus non eſt delectus
habendus,quibus cibis veſci, aut non
oporteat. His enim vti cogitur quiſq;,
quorum datur facultas. Tametſi, qui
quoquo modo feſtinanter faciunt iter,
nequeunt fortaſſe vllo modo, vt dictat
Polybus,rationem habere victus. Et
breuiter,quicunq; negotijs publicis di
ſtinentur,aut vitam degunt, quam vo
cant negotioſaȝ. Quare ad hos ſolos,
qui ſibi viuunt,quos priuatos vocant,
victus ratio, quam tradet, ſpectat. z

Hyeme præ cæteris plurimum edendum, bibendum quam parcissime. Et potus esse vinum debet quam meracissimũ cibus, panis; opsonia, assa omnia. Oleribus hac tẽpestate præter cæteras paucissimis vtendum: Nam hac potissimum ratione corpus calidum & siccum fit.

Summa totius victus commemorata, recte ad finem orationis adscripsit, qua de caussa singula, quæ dicta sút, præscribat. Etenim calfacere corpus & siccare instituit, adductus temporis immoderato tẽperamento. Quod si moderatum sit, vt Vere est, moderataq; victus rationem institueret. Conseruanda siquidem moderata sunt: quæ modum excedunt, immutanda. Iam mutatio non nisi ex contrarijs fiat immoderatis. Nam quod vltra modum corpus, aut iam est calfactuz, aut calefit, refrigerari debet. Quod vero est refrigeratum vel refrigeratur, calfieri. Simili ratione in immodica humiditate &

ſiccitate vitioſus exceſſus contrarijs ad mouendis repellendus eſt. Ac contrarium exceſſum applicare debemus, q̃ hactenus a tergo mediuʒ & mediocre relinquat, quatenus ab illo receſſit vitioſus. Quo circa bruma, quia temperamento eſt frigido & humido, conducit quãplurimum cibi ſumere: bibere autem omnium parciſſime. Plurimuʒ hic non ad facultateʒ referes, ſed ad cæ tera anni tempora. Itidem bibere omnium parciſſime, compones cum anni reliquis temporibus. Eodem eſt modo dictum, eſſe vinum meraciſſimum debere, præ eius alijs anni tẽporibus mixtione. Verũtamen pro viribus præſenteq; vſu, moderaberis vinum & cibum offerendum. ſic etiam ſomnum, exercitationes, & in ſumma, quæcũq; a Medicis ſtudia appellantur. Nam vinum quidem meraciſſimum, & aſſas carnes calfacere ſimul & exiccare, ſi cum offa & oleribus conferantur, quis eſt, q igno rat? Et panem item præ offa calfacere dixeris & ſiccare. Atq; hæc quideʒ au

thorem attulisse exemplorum vice du ces. Tu porro legumina deliges, quæ calfaciunt & exiccant, vt lenticulã. Præterea de oleribus, quæ hac sunt virtute prædicta, vt brassicam: sic ex carnib⁹, quæ ferarum sunt & sale conditæ. Sed & mihi quoq; hæc sunt pro exemplis allata. Nam vniuersa separatim alimẽtorum sylua tribus Commentarijs, qui de virtutibus alimento℞ inscripti sunt, constat. Itaq; quemadmodum recte sunt hæc de cibis in qualitatibus diligendis & vitandis præcepta, sic quæ d̃ modo tradidit. Nam cibi, præ alijs tẽporibus, plurimũ hyeme concedemus memores probe in Aphorismis esse dictuʒ. (Aestate & Autumno cibos difficillime ferunt: hyeme, facillime: secũdum locum ver tenet.) Quod si cui, qua de re hæc fiant, cognoscere cordi sit, docuit & hoc in Aphorismis, his ṽbis. Ventriculi hyeme, & vere calidissimi sunt: quod aer id temporis frigidus intro arceat densando: & in penetralibus corporis concludat innatum calo-

rem, qui ęstate, perspiratione digeritur. At respiratione aer attrahitur calidus. Respirationem voco, cum spiritus intro & foras per os fertur. Perspirationẽ, que per totum corpus simili mõ fit. 3

At vere ineunte, amplius potandum & dilutius est, ac paulatim. Sunt præterea sumẽdi molliores cibi, paucioresq;, atq; panis subtrahendus, offaq; offerenda: tum opsonia eadem ratione. Iam èt assa elixis commutanda, ac oleribus iã in vere paucis vtendum, dum æstatem homo attingat. tum cibis omnibus vtendum mollibus, opsonÿs elixis, oleribus iuxtà & crudis & elixis, poculis multo dilutissimis & plurimis, et vt ne magna mutatio sit subito vtendi.

Ampliorem dixit, & dilutiorem, nõ plurimum, & dilutissimum Vere potũ esse offerendum. Nam plurimũ & dilutissimum æstate iubet, quæ contrarium hyemi temperamentum habet, bi

bere. At Ver vt medio est inter extrema temperamento, ita mediam requirit rationem victus, frigidiorem & humidiorem, quantum ad hyemem: calidiorem & sicciorem, quantum ad ęstatem. Proinde ex his planum ē, quemadmodum, quam tradidit seruandaz ęstate & Autumno victus rationem, interpretari debeamus. Quare id quidem mihi prætereundum est: & lectoribus sæpius nauiterq; attendentibus dicta oīa clare sunt, vt hacten⁹ q̄ habita sunt, nullū desiderēt interp̄tem. 4

Estiuo victu

Aestate offa molli nutriri, & potu diluto simulq; multo, tum opsonijs omnibus elixis oportet. Atq; his ita, vbi sit æstas, vti debemus, quo frigidum sit & molle corpus. Siquidem tempestas calida est & sicca, corporaq; reddit et adusta & squalida. Quare his rationibus obuiandum est. Eodem modo, vt ex hyeme in ver, ita ex vere in æstatem cum

transitur, cibum deducere, potum augmētare debebis: atq; in eum modum annum complendo, ex æstate in hyemem peruenire. Autumno contrà cibi maiori copia, & sicciores assumendi, & opsonia eadem ratione. Pocula pauciora, simùlq; meraciora: atq; cum hyems commoda sit, homo ꝑpetuo potu vtetur meratiore & pauciore, cibo quam plenissimo: & siccissimo: nam ita in primis valebit minimèq; rigebit. Tempus enim hoc anni magnopere algidum & humidum est.

Quæ hic tractantur segmenta nullum desiderant, qui interpretetur. q̄ oībus plana fecit Polybus: nec vllā quę runt puram viam & rationē: cæteꝝ vt sunt scripta, ita per se accipiunt. 5

Habitibus corpulentis. & multum mollibus, & rubicundis, toto ferè anni tempore vti victu sicciore ex vsu est,

De Victu secundu habitu corporu ...

humida enim è illorũ natura habituũ.

Sicut tempoꝝ anni differentiæ aliã atq; aliam rationem vict⁹ nuntiãt, sic habitus corporis: ad quos nunc absoluto de anni temporibus sermone, descendit. Et vt accommodatam victus rationem demonstrauit in temporib⁹ anni, ita in corporum formis. Nam corpulenti, molles, & rubicundi, tales ex temperamenti humiditate euaserunt. Qui contrario in statu sunt, de quibus modo aget, ex siccitate. Quamobrem conuenit humidis siccior victus, siccis humidior. Quæ si recte sunt dicta, neminem latet, temperatis conuenire victum temperatum. Temperatos voco quos nec corpulentos, nec graciles: sꝫ appellant quadratos. 6

Rigidi, contracti, rufi, & nigri fere semper victu debent vti humidiore. siquidem corpora hæc sicca sunt.

Temperamentorum signa in commentarijs de temperamẽtis omnia scripsi, vbi rigidos .i. duros: & contractos,

id est, graciles esse temperamenti sicciô ris docuimus, & item nigros quoq;. At rufos non diximus sicco temperamento esse, cærerum hos, qui illis sunt calore finitimi, quos flauos nuncupant, quã & flaua bilis est temperamento sicco. Verum quidam scriptores minorem i vocabulis vsurpandis diligentiam adhibentes, cõmittunt, vt rerum doctrinam ꝯfundant. Atq; sic nonnulli Germanos flauos vocant, qui flaui tamen non sunt, si nominis exactam rationẽ ineas, sed rufi. Quod est huius reliquũ orationis, tũ recte, tũ clare est dictũ. 7

Corporibus iuni oribus vtilis victus est mollior & humidior. Nam hæc ætas sicca est, & corpora etiamnum sunt concreta. Senes verò siccior victus plerunq; decet: quòd eius ætatis corpora humida sint, mollia, & frigida.

Hic ad ætates transit, vbi diuisionẽ non plenam fecit, qui eas non in quatuor differentias secauerit, sed in duas

tantum: cum deberet, siquidem æta-
tum temperamenta rationis victus stu
debat indices habere, sicut téperamen
ta quatuor sunt, sic dissecare ætates in
quatuor, ac humidam & calidam sta-
tuere puerorum, siccam & calidá adul
torum, siccam & frigidam eorum qui
ætate inclinata sunt, humidam & frigi
dam senum, sed puerorum ætatem cō
uenit esse humidam, quod incremen-
tum incidere in aliud temperamentū
possit nullum. At ætati iuuenum, quá
doquidem plus iusto calida est & sic-
ca, vtilis est contrarij victus vsus. Id qđ
etiam ad ætatem spectat inclinataꝫ &
vergentem. Verum de ætate senuꝫ ma
gna est quæstio, quam neglexerunt ꝑ
pe omnes de qua paulo īferius, postea
quam ætates satis exposuero, verba fa
ciam. Si nāque pueri plus habent citra
controuersiam, vt humiditatis, quam
est ex vsu oī ex parte valētibus: ita ca
loris (neq; enim simpliciter sunt, vt iu-
uenes calidi: sed innato calore, qui tē-
peratus est, qui in bono est sanguine

positus) ætas quæ inter pueros interce dit, & iuuenes, quæ epheboruz est ado lescentulorumq;, optimo fuerit tempe ramento. Atqui optimuz quando me dium est, victus etiam medio esse tem peraměto debet: vt neq; humidius eo rum corpus, neq; siccius, neq; calidius vel frigidius reddamus. Veruntamen corpus puerorum, quanquam habeat plus humiditatis, quam salubris habi tus postulat, nihilo magis est siccãdũ. Nam incremento prohibeas illos. Sed iam quia senes nonnulli esse humidos volunt, alij siccos, atq; id vtriq; indefi nite, faciundum nobis est, vt partim il los esse siccos, partim humidos decla remus: quod in commentarijs ostendi mus de temperamentis, vbi solidis cor poris partibus esse declarauim⁹ siccos, sed excrementorum quia ex tempera menti frigiditate copia abundant, ha ctenus dicũtur humidi. Merito ergo, contraria & duplex ab hac ætate indi catio existit medicis: quod ob solida partium siccum temperamentum, hu-

mectari desiderent: rursus propter affluentiam humidi excrementi, desiccari. Itaq; quonam modo vtriusq; possis rationem habere, abunde in opere de tuenda sanitate diximus. Hoc loco satis sit, summam illorum, quæ illic scripsimus, retulisse. Cibus potus, & quæ reliqua sunt, spectent ad humidum & calidum, quasi senu3 solidæ partes corporis, quæ solæ recte partes vocantur, humectandæ & calfaciendæ sint. Rursus respicienda est vacuatio pituitosorum excremétorum. Quare si ex opere de temperamentis collegeris, & didiceris scita ratione proprium senum témperamentum esse frigidum & siccum: acquisititia aute3 humiditate esse eos præditos, quod multa excrementa pituitosa generent: deinde illinc profectus ad commentarios de sanitate tuenda, acceperis quoq;, qua sint victus ratione nutriendi senes, clare perspicies, qd hoc loco est indiscretum. Neq; enim in duo erat humana vita discerpenda, neq; senum dicenda corpora humida

& mollia, neq; victus eis ficci tempera menti imperandus. Nam iuuenes cuz dicat corpore esse concreto, & tempera mento ficco, constat solos adultos euz designare, hosq; appellar iuuenes. Proinde puerorum præterijt, & inclinatam ætatem, atq; vt equidem dico, preterea temperatissimam, quæ media est inter pueros & adultos. Atq; adeo deprehẽdimus suum ipsi esse suspectuz sermonem. neq; eniz simpliciter dixit, esse senes ficco victu nutriẽdos, sed addidit, plerũq;, quod valet idem, ac non semper. Id quod nec habitui corporis, nec alteri adiecit ętati. Nam suus cuiq; corpori est victus semper diligendus. 8

Quare pro ætate, anni tempore, et habitu est victus nobis ineunda ratio, obuiandumq; tempestatibus & æstui, & hyemi. nam ita demum optima sanitate degemus.

Hæc in summa dixit author cum clare tum vere: quæ sæpe nos, & multis locis explicauimus. 9

Et iter facere hyeme, velociter debemus. æſtate lento gradu. niſi in ſole iter faciendum ſit.

Quo pacto iter faciundum ſit ſingulis anni temporibus, docet. Nam eſſe hyeme eligendam deambulationem ſiccantem & calfacientem. Aeſtate contrariam ſpectandam: niſi in Sole, inquit, iter faciendum ſit. tum enim feſtinato opus eſt, quo liberemur ocyus ſiccitate & calore, quæ corpori in itinere eiuſcemodi comparantur. 10

Corpulentis ocyus eſt iter faciendū, gracilibus lentius. Multis balneis æſtate vtendum, hyeme minus multis. Gracilibus amplius quā corpulentis lauādū.

Celer motus augendo plurimuꝫ calore corpus colliquat: ī motibus remiſſioribus calor mediocris ſanguini efficiēdo & nutritioni prodeſt. Quam ob rem animantibus, vt bene nutriantur, adiumento eſt. 11

Veſtes hyeme mundæ ſunt induende, æſtate

dæ, æstate oleo infectæ.

Quid scriptor magis congruum, q̄; quod omnes attulerunt interpretes, intellexerit, ipse viderit. Q d' si mundas, quia magis calfaciunt, aut halitum nō interpellant, ideo vult hyeme indui: & infectas oleo, quod aut refrigerant, aut halitum obstruunt, non probo orationem. Nam mundæ vestes, quæ denso cōtextu sunt, maxime si lacernæ sint, refrigerant. Quo est harum commodior vsus. Nam oleo quidem infectę, plane sordidę sunt. Neq; est quisquam hominum elegantium, qui vestiri tá spurce sustineat, idque ęstate: cum etiam tē poris diuturnitate plus calfaciant oleo infectæ, quam mundæ, licet primo occursu sint frigidissimæ.

12

Crassi, qui tenues esse volunt, ieiuni exercitationes cunctas subire debent, et cibum adhuc anhelantes sumere, haud dum refrigerati, & prius vinum bibere dilutum, non admodum frigidum:

præterea opsonia sesamis parare, & cõdimentis, alijsq; id genus cibis. Ac opsonia pleniora sumantur. Nam ita paucissimis bellarijs saturabuntur.

Quod postremo loco huius orationis est dictum. Nam ita paucissimis saturabuntur, quidam de omnibus superioribus dictum volunt, quidam de opsonijs tantum, quæ sesamis, & similibus vult condiri alijsq; multis. *Predixit autem ieiunum exercitare*: quod quidem aperte vacuat, vt replet a cibo exercitatio. Ad hæc ab exercitationibus anhelantes cibum sumere, nondũ eorum calore digesto aut refrigerato corpore: quam caussam esse, quo quis celeriter impleatur, liquet. *Si vero alia ratione id huius libri author vult extenuare*, nos præterit. Hoc certe satis noui, istud in caussa fuisse, cur multis viscera sint obstructa, in primis iecur: vt etiam a cibo pernices exercitationes. Præterea his, qui habent in iocinore arctos meatus alimenti, balneæ ob-

ſtructiones creant. Sed hæc omnia di-
ſtribute ſigillatim in opere de ſanitate
tuenda explicaui. Reſtat vt caput ip-
ſum conſideremus, in quo ait. Et prius
vinum bibere non admodum frigi-
dum: atque ita orationem inſtituit, quã
ſi frigidum eſſe illud, non admodum
tamen frigidum iubeat. Cęterum non
ita ſtatim vult ab exercitationibus bi-
bi vinum, ſed prius aquam, vt Athletę
docti experientia faciunt. Namq; vi-
num caput tentat, ſi mox a balneo prę
omni alio cibo & potu bibatur. At nec
frigidæ poſt exercitationes potio, niſi
calidam præbibas, innocens eſt. Of-
fendit enim & hæc non obſcure ven-
trem ac iecur, nonnullis etiam neruos.
Iam corpus etiam auget frigidum vi-
num, & author id extenuare vult. Ni-
ſi fortaſſis fuerit aliter ſcriptum, & ſit
lapſus librarius. (Nam talia exempla
etiam hodie multa cernuntur) qui ꝓ,
non omnino calidum ſcripſerit, non
admodum frigidum. Etenim qui anhe-
lantibus adhuc præbere alimentum

vult, corpore multis vaporibus oppleto, volet etiam vini potione calidi magis illos replere. sed quia magnopere calidum non secus ac frigidum cogendo ventri atque contendẽdo sit, cauet istam fraudem. 13

Et semel tantum cibum sumere, supsedere balneis, duriter cubare, nudusq; obambulare, quod eius fieri potest.

Rectius diceret parum cibi sumere, quam semel tantum cibum sumere. Sunt enim, qui semel duntaxat cibum sumunt, & longe plus comedũt his, qui bis. At vero vt balneum corpus calfaciendo, maxime foris, ad digestionem refert, & digestorum appositionem: sic si non laues, contrarijs cõmodes. Iam durum cubile solicitat corpus, comprimit, constringitque: itaque eius in omnem partem incrementum interpellat. Eadem ratione nuda deambulatio omneis ad cutem attinentes parteis refrigerat, tum vero in altum & viscere calorem impellit, vt

probe quidem concoquantur cibi: cæterum quo minus quoquo versũ permeent, obstet. 14

Contrà qui ex tenuibus crassiores volunt euadere, omnia hi contrà ac illi instituere debent, nec ieiuni quenquam laborem subire.

Contraria illarum, quæ obesis præscribebantur, hæc sunt: non anhelantes sumere cibum, sed vbi iam secundum naturam respirauerint neq; semel tantum cibum sumere, verum iterum aut etiam ter comesse. Item non abstinebit balneo, sed lauabit bis vt tamen semper tempus a cibo, secundo balneo tribuat, interim etiam primo. Ita exercitationes quoq; breues & remissas obibit, easque a cibo. Eadem ratione molliter cubare, nec nudos in aere versari his conducit. Quæ caussa est, cur Athletæ quasdam instituant ijs, quibus parare corpus student, exercitationes, quæ leui contactu, & corporis vmbratili obeuntur pugna, σϰι

σὰ πτεσθαι & σωματομαχεῖν illi vocāt, vitantes, ne nudo eos corpore exercitent, nec complexu. Contra quos extenuatos volunt, celeri exercitatione, ac citra primū complexum exercitant. 15

Vomitiones sunt & ventris ablutiones in hunc modum vsurpandæ. Sex brumalibus mensibus uomendum: quia id tempus æstiuo ē pituitosius: & morbi caput tentant. & regionem supra præcordia. At æstus vbi vigeant, vtendum ablutionibus. Hoc enim torridū tempus est, & corpus biliosius, & grauitates lumbos. & genua afficiunt, calorq; vrget, præterea vrgent ventrem tormina. Quare corpus & quæ efferuntur, deorsum ab his locis subducenda sunt.

Quas vocet ablutiones, ex ijs quæ sequuntur author ostendit. Hæc enim dicit, quæ ex lacte conficiuntur, & ex ciceribus decoctam aquam, muriam

& aquam marinam. Nam distant ab his purgantia medicamenta, quæ totum corpus vacuant. Quare vt balneatores abluere se balneas dicunt, cum ab illarum lapidibus cœnum abstergunt, & sordes. Ita ventris & intestinorum ablutiones pituitam eorum & bilem abluunt. Quando igitur hyeme generatur in ventre pituita, author nobis est, vt pituitam vomitionibus expurgemus. Et bilem æstate innatantem, retrahamus deorsum. Veruntamen vniuersum corpus si purgare instituas, æstate ventre superiore, hyeme inferiore purgabis: vt est in Aphorismis relatum. (Nam quæ in præsenti abũdant, his medetur purgatio, si per loca, quo vergunt, purgationem instituas. Siquidem ducenda sunt, quo inclinant per loca accommodata. At qbus ne augeãtur, velis obsistere, per contraria loca retrahere debes.) 16

Administrentur ablutiones corpulentioribus, & humidioribus salsiores,

& tenuiores: Siccioribus, gracilioribus, & imbecillioribus pinguiores, & crassiores. Ablutiones pingues, & crassæ sunt quæ ex lacte conficiuntur, & ex ciceribus aqua decocta, & id genus alijs. Tenues vero, & salsæ, brassica, & aqua marina, & quæ eiusmodi sunt.

Quæ magis incidunt, corpulentioribus iubet præberi, quod pituitosiores hi sint: leniora gracilibus, nam sunt hi biliosiores. At vero quæ sint materiæ vtrorumque, ipse subijcit. quæ quia interpretem non requirunt, ideo ijs prætertitis, ad proxima me conuerto. 17

Vomitiones autem hoc modo facies: Homines obesi, ieiuni vomant, currendo aut celeriter eundo meridie.

Vult crassis, qui vomituri sunt, corpus excalfactu3: vt succi pituitosi, quo plurimo crassi abundant, liquescant. Quinetiam omnia reserantur vasa, &

anguſti meatus hac maxime ratione rareſcunt. Faciunt autem hæc omnia ad facilem & minime moleſtum vomitum. 18

Sit hyſopi quartarius contriti in cõgio aquæ: quem ebibat, acetum effundens, & ſal aſpergens, quo ſit iucundiſſimum.

Incidentem eſſe potionem velle illum, & qua de cauſſa, non eſt obſcurum. Nam homines craſſi quandoquidem hmorum ſunt pleni prorſus craſſorum, & frigidorum, eorumq; nonnullorum lentorum, ideo potionem eorum diſcutientem vult eſſe. Cæterum quem potionis, quam præſcribit, modum propinet, non habeo exacte dicere: quod menſura, quem Χοια vocant, nos congium reddimus, non ſit apud omneis eiuſdem amplitudinis. Si atticum imperat bibere, non mihi ille mos placet, multum enim eſſe videtur mihi. Erat tamen maioribus in more, ſi quando vel lactis ſero, vel eiuſmo

di ablutione vtendum statuissent, magna copia offerre. 19

Bibat tardius primum, deinde celerius.

Nam a primo si affatim ebibisset, continuo vomeret prius, quam omne ebibisset, atque succos in ventre cō tentos abstersisset, queis cum vna effunderentur, quos primæ venæ habēt. Sin autem, primo lentius, postea omnino bibat largius, ea ratione fiat, vt mediocri temponere continere possit, atque in tempore impetum ad vomitum capiet, quod tandem magis affatim bibat. 20

Graciliores, & imbecilliores a cibo vomitionem euocent hunc in modum. Calida loti præbibant meri heminam, mox varios cibos ingerant, nec inter comedendum bibant, nec a cibo sed contineant se, dum quatuor stadia quis progrediatur. Deinde illis in po-

tum triplex vinum miſcebis, auſterum, dulce, & acidum: primum meracius, et paulatim, tractimque; deinde dilutius, celerius, & affatim.

Galida lotum, præbibere iubet poculum meracius, hac vt coniicimus, inductus ratione. Calido balneo totum corpus calfit, humores funduntur, vaſa relaxantur. Quæ etiam vinũ meracius præſtat, eademq; opera viribus robur conciliat, cuius habere rationem in gracilibus maximam videtur. Mox, inquit, omnis generis cibos ingerant. cuius non eandem omnes rationem, qui hunc librum ſunt interpretati, ſcripſerunt. Nam quibuſdam illorum, varios cibos offerre videtur, quod inter ſeſe mutuo diſſidentes, minori negotio vomitum cieant. Alijs, quo plus ingerant. Nam ſimplices, & vnius generis mox ſaturant. Præterea, non illis concedit ſtatim bibere, vt cibi mox ne innatent, quod cauet. Et ne iſtud accidat, tempus etiam conſtituit

interea, quod commorentur, nutritio-
ni sufficiens. Ipsumque adeo tempus
pronuntiauit, dum quatuor stadia qs
progrediatur. Quę post quam ita præ
præcesserint, dat bibere vina tria, quæ
inter se sunt diuersis qualitatibus. Naȝ
ex his vinis hoc esse austerum vult, il-
lud dulce, aliud acidum. Sed hoc etiã
loco caussam reticuit, quam ob rem
id præscribat. Qui eius sententiam di
uinant, dicunt austerum dare eum ob
instrumentorum, per quæ vometur,
robur: dulce, vt vomitum concitet, ad
hæc quod fundat humores dulce vi-
num: acidum, vt abstergat, quæ ven-
tri adherent. Potuit & cibos illis præ-
scripsisse diuersarum qualitatum, vt
hi ventrem confirment, illi vomitum
iritent, alij succos abstergãt impactos.
Verum quod frequenter in sodalium
meorum & amicorum cæterorum cõ
gressibus dico, non tacebo hoc loco.
Non paruum esse istorum delictum
censeo, qui rationalem sectam vendi-
tant: qui omissa ratione eorum, quæ

dictant, pronuntiant, tanquam edicta regia. Nam multo erat ſatius ipsũ libri ſcriptorem, ſingulorum præceptorum vim exprimere: vt fecit Hippocrates in libro de Ratione Victus in morbis acutis, vbi de Ptiſana loquitur. (Nam viſcoſitas eius lænis, blanda, continua, lubrica, & modice laxa eſt, ſitim arcet, & vbi ablutione opus eſt, facile deſcendit, non aſtringit, non vellicat grauiter, neq; in ventriculo intumeſcit.) Similiter de aqua mulſa, vino, aceto mulſo, & balneis ſcribit. Vnde initium habemus viæ, qua nonnulla ab ſcriptore omiſſa, quæ eius ſententiæ ſunt conſentanea, adijciamus. Et nunc quidem cum alia protulit, non addita cauſſa, tum cur bibendum ſit vinum primum meracius & paulatim & tractim: deinde dilutius, celerius, atq; affatim: cogimur nos mentem eius coniectare, qua ſcripſit: Eſt vero cum omnis alioqui ambigua coniectura, tum maxime, vbi hominis ſententia etiamnum ignoratur. Nam dilutius bi-

bere vinum, celerius, & affatim, de his, qui cupiunt vomere, non ab re videatur dictum: quando illis qui retinere volunt, & concoquere alimentum, cōtraria conferunt, meracius, paulatim, ac tractim. Quare autem, quæ retentioni sunt congrua, plane hæc offerat prima iamiam vomituris, non habeo, quid probabile adferam. Fortassis huius libri authori non alienum visum est, quod interpretibus nonnullis probatur. Quando hoc illi propositum est, vt vires hominum gracilium, quibus hæc dictat, ne prosternat, ideo præter cætera eas confirmat, ac mox ad ciborum ex-
entia vomitum progreditur. Veruntamen ad vires constituendas tempus, quod a cibo sumpto dabatur, satis erat. Aliud alij, vt dixi, videtur non tamen numerandum vt necessarium, quod demonstrationibus stabilitur firmis.

21

Quis consueuit bis mense vomere, rectius ille binis deinceps diebus vo-

mat, quam decimo quinto quoq; die. Alij plane contra faciunt.

Et huius quoq; oportebat rationẽ scriptorem cum primis adiungere, quã do indistincte dixit de vomẽtibus bis quoque mense. Video enim esse, qui vacuationis gratia vomant: vt alios, qui vnum diem mense ieiunent. Et quosdam, qui humorem hunc ventri impactum, aut viscidum, aut crassum expurgant. Sed nihil tamẽ caussæ est, quin interposito spatio ista faciamus, non continuis duobus diebus. 22

Qui facile cibos reuomunt, aut quibus est aluus astrictior, omnibus conuenit his crebro die cibum sumere, & escis vti varijs, ac opsonijs varie instructis, vina item duplicia bibere vel triplicia. At qui cibos non reijciunt vomitu, vel aluo sunt præditi sana, his ex vsu est, vt faciant contra ac illi.

Qui ventrem abstergere, aut vni-

uersum corpus vacuare modice volũt, his confert cibos euomere. Atq; hos sę pius vult cibum sumere, eumq; variũ, & diuersa vina bibere. Contra, eos qui volunt vomere, ventresq; habent plus æquo humidos, vt quærant sisti, hos nec frequenter comedere, & varijs cibis & vinis abstinere. Nam semel cibũ capere, & eum simplicem, vinum itē vnum bibere, interest ad hoc, vt venter illa & rętineat & concoquat. Contraria vero ęgrius tum concoquuntur, tum in ventre commorantur. Et pro ciborum qualitate: & ordine sumendi, aut innatare illos, aut descendere per aluum contingit. 23

Infantes diu sunt calida lauandi, ijsq; vinum dilutum datare, quod prorsus tamen frigidum non sit, idque propinandum, quod minime ventrem attollat, & flatum creet. Atque hæc facienda sunt, quo minus tententur conuulsionibus, ipsique crescant, & melioris coloris

loris fiant.

Quo hæc dicta victus ratio spectet, ipse exposuit. Etenim vt minus, inquit, tentent conuulsiones, ipsiq; crescant, & melioris coloris fiant. Nam calida qui multo pueri tempore lauātur, molles permanent: id quod conuulsionibus resistit. Nam conuulsiones ipse Hippocrates frequētiores esse dicit corporibus contentis, quam remissis & laxis. Tum mollia corpora augescunt, quod in omnem partem facilius intēdantur. Atqui quæ a conuulsionibus libera sunt, probeq; adolescunt, his totum esse habitum salubrez, id latet neminem. Ergo id ipse vno insigni prodidit non contemnendo, coloris. Et vero etiam vinum hos dilutum iubet bibere, nolens eos nimium calescere, idq; adeo quod non raro laborent conuulsione, quod quidem neruorum imbecillitati & voracitati acceptum referunt. Ideoq; vinum ijs non frigidum imperat. Atq; vinum quod sit minime flatuosum, omnibus iuxta, nedum so-

lis infantibus commodat. 24

Mulieribus ratio victus esse siccior debet. commodiores enim sunt cibi sicci mollitiei carnis: item potiones meraciores referunt plus ad secundas, foecunditatemque.

Mulieribus ficciorem rationem victus præscripsit: quæ qualis sit, ipse subijcit. Cæterum hæc opinio auctoris controuersa est. Etenim si mulieribus esse humidis præter naturam sit, vt in intemperatis naturis, & oppressis humido morbo, recte illas siccaret. Iam cum eis hoc si naturale, tuendum est: nisi quando salubrem mediocritatem excedat. Sed illud nos etiam in viris spectamus. Namq; & his natiuum est mulieribus esse siccioribus, qui vbi iustam siccitatem superent, ibi eorum intemperiem contrarijs corrigimus 25

Qui exercitantur, hyeme his conuenit currere, & luctari. æstate luctari quidem parum: currere vero haud qua

quam : sed deambulare multum in frigore.

Exercitationem differentias, quæ anni temporibus sunt peculiares: docet: quę hyeme calfacere valent & exiccare: æstate, contra. 26

Qui cursu defatigantur, his est luctandum. Qui vero defatigantur luctando, cucurrendo his est. Nam ita laborans partem corporis lassitudini opportunam, calidam conseruet, simulq́ maxime recreet.

Si ita omnia medici dogmatici conscriberent, non sit verborum fundendorum locus interpretibus relictus. Id autem dico si addita sit caussa, cur ita nos agere iubet: id quod fecit hoc loco Polybus. 27

Si eos, qui exercitãtur maxime, alui profluuia arripiant, ac excrementa cibum referant, sintq́ cruda, de exercitationibus detrahere debent, non minus

tertiam partem, & de cibis dimidiam. Constat enim non valere ventriculum acervum ingestorum ciborum omnem calfacere. Sit his cibus panis, quam potest fieri maxime coctus, in vino intritus: potus quam paucissimus & temperatissimus, caveantque a cibo deambulare. Hoc autem tempore semel tantum illis cibus sumendus est. nam hoc modo ventriculus maxime incalescat, ciboque vincat. Porro modus hic alui profluuij corpora, quæ carne sunt densiore, frequentior exercitat, vbi compellatur homo, quando ita est natura comparata, vesci carnibus. Venæ siquidem constipatæ cibos non suscipiunt assumptos,

Non videtur hic de exercitantibus sese gratia sanitatis loqui: sed de his, q munus aliquod obeunt gymnasticũ, vt non detur illis eius omnino abiiciẽdi facultas, aut admodum multum re

mittendi. Propterea de illis detrahit, de exercitatione tertiam partem, de cibis dimidiam. Nam hactenus ſperat cibũ ſuperaturos, vt non iam aut cruditate laborent, aut alui profluuio. Cæterum hic quoq; ſuo officio functus ẽ, quod eorum adſcripſerit rationem, qua adductus, hæc ipſa & quæ his ſunt dicta ta, præſcripſerit. Nam modus, inquit, hic alui profluui, hos qui carne ſunt cõ pactiore, capit, cum veſci carnibus cogantur. Vbi de gymnaſticis verba ſe facere ſignificauit: hos etenim eſſe carnes cogunt. Ac ſubdit: Venæ conſtipatæ cibos non ſuſcipiunt aſſumptos. Quod obſcure dixit. quare interpretes putare compulſi ſunt, conſtipatas eum dicere, pro induratis, & quæ ægre intenduntur, vt non excipiant alimentum: quod denotari aiunt ex hoc, cibos non ſuſcipiunt. Sed iſtud digeſtionem citius, quam lædere concoctionem conſueuit, vt excernant illi humida quidem, at non cruda tamen. Atqui dixit ante, cruda hos, & quæ

cibum referrent, deijcere. Verum quã-
do adscripsit rationem, qua fretus ea
consuluit, quæ dictauit, & etiamnum
tenemur implicati, quid in ijs oratio-
nibus fieri existimabimus, quibus
caussam, quare facere illa nos velit
non adscripsit? Equidem nisi de his,
carne qui sunt compacta, adscribe-
ret, hærere plane me ingenue faterer,
vt in multis alijs, in quibus cum nihil
eiusmodi adscripserit author, audacis-
simi isti interpretes quod in mentem
venit, pronuntiant. Iam quia eorum
qui compacta sunt carne, meminit,
quo commentarentur illi quoque,
quod vtile esset de ijs naturis, ansam
præbuit. Hi enim citissime plenitu-
dinem aceruant, quod non satis ha-
litum digerant. Vnde fit, vt cum con
sistat digestio, prorsus humida red-
dantur excrementa. Interdum non
humida solum, sed & tenuia, & præ-
ter cæteros in voracibus. Nam cum
ex deglutitis aliquid in corpus diduci
tur, residua promptius venter perfi-

cit. At vero cum ciborum in eo permaneat aceruus, si quando eum degrauent, semel deijcit prius vniuersos, quam sint concocti. Potuit etiam per venarum duritiam, quia intendi multum non poterant, digestio impediri alimenti. Verum earum naturam, quo pacto haberi potuit ratio, scribere ipsum oportebat, instituto contrario. Siquidem totius habitus sunt proposita, raritas & mollities, quæ molli frictione, & multa pinguedine in solijs fiunt. Hic vero symptomatibus immoratur, ac eorum negligit interim veluti radicem resecare. Iam in proposita oratione istud quoque dixit: constat enim non valere ventriculum cõcalfacere. Atqui si vere incusauit hauit habitus spissitudinem, & venas cibum non suscipientes, iniuste de ventriculo conqueritur. Quod si hic eum quis vera dixisse admittat, sequentem etiam victus rationem recte esse præscriptam, caussám non dicat. Panem percoctum, potum temperatuз, & pau

ciorem, semel cibum sumendum, nec cibo deambulandum. 28

Est hæc quidem præceps natura, & in partem vertitur vtrãq;, parumq; diu viget bonus habitus in eiuscemodi corporibus.

Bonum habitum appellauit, compactam carnem habentium naturam quasi celeriter variantem. Itaq; subnectit: & in partem vertitur vtranq;, hoc est ad bonum habitum, & contrariuz. Præterea addit: Parumque diu viget bonus habitus in eiuscemodi corporibus. Nam in commentarijs in Aphorismos ostendimus, bonum exercitatorum habitum, præter sanguinis exundantiam & carnis, robur conseruare naturalium facultatum. Sed vt illic summam habitus bonitatem esse ostẽdimus lubricam, quæ non cito rara corpora consequuntur: ita in his, qui corpore sunt compacto, posteaquam velocissime, propter difficilem halitus digestionem his generatur, cogiturq; sci-

ſicet eueſtigio euerti: ſubito oritur, abo
leturque. 29

Habitus rariores, et hirſutiores carnium eſum magis ferunt & labores. Suntque his boni habitus diuturniores.

Corpora hirſutiora cutem obtinent rariorem, itemque genus carnoſum, vt in libris de temperamentis didicimus. Quare hæc merito ſane commodius ait eſum carnium ferre, vt quæ difflentur: & labores, quod minus ſint laſſitudinibus obnoxia, id quod etiam in libris de tuenda ſanitate traditum eſt. Quod ſi hæc, & bonos habitus habebunt conſtantiores, vt quæ non continuo ad ſummum aſpirent. 30

Ac qui cibos poſtridie eructant, ſi ſi præcordia his eleuentur vt cibis non percoctis, diuturnior ijs ſomnus prodeſt: verum horum corpora ad alium laborem ſunt adigenda. Vinum bibant meracios, & largius, cibi vero minus ſu

mant hoc tempore. Liquet enim præ imbecillitate, & frigore ventrem non esse ciborũ multitudini parẽ concoquendæ.

Laudo hic eum, quod fini adiecerit, liquet enim ptæ imbecillitate & frigore ventrem non esse ciborum multitudini parem concoquendæ. Nam quasi ad id respiciens, eum studet calfacere, eaque gratia longiorem somnum ijs consulit, item exercitationem, atque vinum bibere, & meracius, & copiosius: præterea, id temporis minus sumere cibi, quo ijs contigit cruditate laborare. Nam cætero quidem si exercitent sese & agitent, vinumquæ, vt diximus, bibant, nihil est, quod ciborum mediocrem copiam imminuant. 31

Quos sitis infestat, cibos hi & labores minuant, ac vinum aquosum bibant idq; quam frigidissimum.

Hic expressa est ita calidarum naturarum nota. In sexto libro morbornm popularium his verbis. (Calidæ natu

ræ frigidæ potio conuenit, & quiesce-re.) Vt enim appellauit corporis temperamentum, subiunxit rationem victus: quam, qui ita sunt affecti, requirunt. Caput autem eius est, refrigeriũ. Potissima in hac diætæ summa sunt, aquæ potio, & vacatio exercitationis. Hoc loco quiescere aliter expressit dicens, & labores minuant. Et pro frigidę potione scripsit, ac vinum aquosum bibant, & quam frigidissimum. Mihi vero rectius hic præcipere videtur: qđ potio diluta & frigida cum refrigeret, tum præterea vini obtineat commoditates. 32

Quibus viscera ab exercitatione vel alio itinere dolent, his requiescere ieiunis confert. Potus sit parcissimus, qui corpus ingressus cieat quam plurimam vrinam: vt ne venæ, quæ visceribus sunt intexæ, contendantur plenæ. Nam phymata hinc, & febres generantur.

Omnia hæc præcepta in lucubra-

tione de sanitate tuenda abunde tradidimus: & nunc memoriæ caussa, vt in superioribus, ita hoc loco exponemus. Multis enim quamuis febre liberis dolores in visceribus oboriuntur, potissimum in iocinore, vbi a cibo se exercitauerint, vel lauerint. Cuius caussa angustia est visceris transitus, ascendentiumq; crassitudo humorum. Etenim inclusi, & resistentes in venarum strictis finibus, qua sanguis ex simis iocinoris partibus transmeat in cauas, tum transitum obsepiunt, tum venas intendūt, quæ in sima sunt iocinoris regione. Quas ita affectas dolores citra febrez excipiunt. Hi sopiendi id temporis sunt, quo infestant: ac hauriendum ijs aliquid, vrinaz quod moueat, & iecur reserat. Quibus nisi vrina eliciatur, his occasionibus succedunt phymata & febres. 33

Quem morbi corripiunt a cerebro profecti, huius primum torpedo caput tenet, vrinamq; reddit frequentem, ac


aliꝭs affligitur, quæ in stranguria solent euenire. Hũc illud dies viginti molestat. Et de naribus si fluat, ant auribus aqua vel muccus, a morbo vindicatur, & quiescit stranguria. Vrinam autem absq; dolore multam reddit & albam: dum diem vigesimum superauerit, & capitis dolor relinquit hominem: cæterum oculos intendentem splendor illum fugit. At viri est, qui facultate est præditus ratiocinandi, homini tanti, nihil atq; sanitatem esse, nosse de suo consilio morbis esse præsto.

Merito habuerunt hanc orationem suspectam. Nonnulli etiam semel dãnarunt, non esse Polybi, & multo minus Hippocrati. Nam orationis omnino non constat initium, volens cerebri morbos torpedinem inducere & stranguriam. Quæ tamen oratio, vel si putet quis, non cunctos eum cere-

bri taleis morbos constituere, sed eos solos, quos fluens de naribus, & auribus muccus & aqua depellit, haud est vera. Neq; enim semper ita rem se habere, neq; frequenter apparet.

LIBRI DE SALVBRI VIctus Ratione cum Galeni commentario, Hermanno Cruserio Campensi interprete. FINIS.

Venetijs per. D. Bernardinum Stagninum. M.D.XXXVII.



Daß büchlein

